



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Liber IV. Ostendit, quid sit à Sacerdotibus faciendum, dum vel ipsi soli peregrinantur, vel comitantur peregrinos aliquò proficiscentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)



LIBER QVARTVS,  
DE OFFICIIS SACERDOTVM.

De piis peregrinationibus rectè obeundis à Sacerdotibus, præsertim Societatis Iesu.

INDEX CAPITVM

HVIVS LIBRI.

- DE fine Peregrinationis. CAP. I. quoad victum comparandū. CAP. IV.
- De modo in Peregrinationibus obeundis seruando, quoad Deum. CAP. II. De modo quo peregrinatio hæc obeunda. CAP. V.
- De modo in Peregrinationibus seruando, quoad comitem. CAP. III. Dubitationes quædam circa res in peregrinationibus occurrentes. CAP. VI.
- De modo in peregrinationibus seruando.

Index rerum particularium huius libelli, vti & aliorum, ponetur in fine totius tomi.

P R O O E M I V M.

**P**eregrinationes ad sacra loca veterè Ecclesiæ more solent pietatis causâ institui, ab omni generis hominibus & statibus, & in nostra Societate à Nostri Notitiis, & post absoluta studia à Sacerdotibus, qui in tertio Probationis anno versantur. Et cum soleant Sacerdotes tam seculares quàm Regulares comitari alios peregrè ad loca sacra inuiscenda proficiscentes, tradam hoc loco aliqua Monita pro iis, & pro nostris hominibus, ad benè peregrinationes obeundas profutura, & modum eas peragendi à nostris in Regulis peregrinorum propositum explicabo. Nam aliis quoque præter nostros, ille facem præferet, quâ illustrati, cum magno merito & suo solatio ac Dei gloria, hoc pium opus aggredientur & perficient.

tione esse spectandum, & querendum à Patribus tertij anni, maiore què studio, quàm ab aliis Peregrinis Societatis, qui tempore Studiorum, vel alio, post Nouitiatum absolutum, peregrinantur ex Superiorum concessione: eò quòd PP. Tertij anni, vti toti rebus spiritualibus magis quàm alij ex officio dediti, tenentur magis proficere, seu, vt loquitur S. Ignatius, *Diligentiùs s. p. Cõst. se exercere in rebus spiritualibus, & corporalibus in c. 2. scholâ affectus*, prout vult ab iis S. P. N. Ignatius.

*Notandum secundò*, eandem ob causam debere PP. Tertij anni meliùs peragere suas peregrinationes, quàm ij qui versantur in Nouitatu primis duobus annis. Cum enim vtrisque vnus mensis præscriptus sit à S. Patre, tanquam experimentum, & Patres Tertij anni, tum ob plures annos, quos in Societate exegerunt, ac præcipuè ob plura media, & auxilia, quæ ad vitæ spiritualis profectum per se & per Superiores adhibuerunt, tum ob alia auxilia propria Tertij anni, quibus vsi sunt, tenentur in se habere maiorem profectum, & eum in hac peregrinatione amplius dilatare, quippe pluribus præfidiis à Societate instructi.

*Notandum tertio*, peregrinorum labores & incommoda, & occasiones, quæ eis præbentur ad profectum in virtutibus, esse valdè efficaces ad proficiendum in spiritu. Et ita cum à S. Patre N. Ignatio quæreret P. Ludouicus Consaluus de Camera, quam ob causam præscripsisset Societati

D d 4

CAPVT PRIMVM.

De fine Peregrinationis.

**Q**uoad primum, finem peregrinationis indicat Reg. i. Peregrinorum: *Persuadeant sibi peregrinationis finem non tam esse corporis defatigationem, & vt multum iter conspiciant, quàm vt ex ea fructum aliquem spiritualem percipiant, atque ex eo sine, & iter ipsum, & ceteros peregrinationis labores moderentur. Circa quem finem,*

*Notandum est primò*, finem hunc peculiati ra-



cietati peregrinationes: respondit: *Quia in me ipso expertus eram, quantum profectum facerem: uti scribit ipse P. Ludouicus Consaluis in Diario S. Patris. Et addidit: Hoc ipsum sibi diuinitus fuisse prescriptum Manresa: scilicet primo anno suae conuersionis. Quocirca magni facienda est haec S. Patris Ordinatio, ei diuinitus tradita: & ex ea obseruata bene, sperandus est magnus spiritus profectus, quem in Societate experti sunt olim & boni & dysscoli. Inter bonos sufficiat exemplum S. P. Noltri, ipsemet teste. De dysscolis plura exempla adfert idem P. Ludouicus Consaluis lib. cit. eorum Patrum & Fratrum, qui aliquo defectu insigni commisso, veniali tamen, mittebantur ab eo ad peregrinationem aliquam. Quod sane vir sanctus non fecisset, nisi existimasset illos hac ratione, mores dysscolos emendaturos, & meliores redituros. Alioquin domi eos sub custodia retinisset, & sub oculis aliorum, si timuisset, extra domum eos liberius & negligentius processuros.*

*Notandum quartò, augmentum meritorum, illudque ex variis capitibus: Primò, ex labore pedestris ambulationis, quam Deo esse acceptam, & augere merita, Primò ostendit ille Angelus Domini, qui visus est à quodam Eremicola numerare eos passus, quos ipse faciebat è cella remotiore ab aqua, eam pro suis vltibus è fonte hauituros, Quo viso, permotus est, ad cellulam suam in remotiorem adhuc ab aqua locum transferendam, ut aucto passuum, seu gressuum suorum numero, cumulus cresceret meritorum. Si ergo passus facti pro refocillando corpore, auerunt eius merita, multò magis augebunt merita PP. Tertii annitum quia ad refocillandum & augendum spiritum, non corpus, peregrinabuntur: tum quia longè plures passus facient, & cum maiore incommodo, quam fuerit illius Eremitæ progressio semel vel bis in die, & quidem non ad remotum vsque adeò locum instituta: tum quia non sponte, uti iter Eremitæ, sed ex prescripto Obedientiae peregrinatio Patrum Tertij anni suscipitur, & ex vi voti Obedientiae. Certa enim est doctrina S. Thomae; cæteris paribus, maioris esse meritum opera facta non sponte, sed ex vi voti, uti loco cit. probat tribus rationibus S. Thomas.*

*Secundò, quantoperè Deo placeant suscepta pro eo pedestris itineris incommoda ostenditur in pluribus nostris:*

*Primò, in P. Simone Roderico: qui cum Parisiis digressus, ad Ignatium Venetias tenderet, Meldi, ingens quidam & sanguine atratus tumor in eius humeris exiit, (vt scribit Orlandinus) vt horrorem incuteret sociis: ille autem tota nocte ingemiscens & fessos artus nuda in humo, qua ei pro cubili erat, modò in hanc, modò in illam conuersans partem, non magis agebatur ipso doloris morsu, quam metu curaque, ne captum iter cogeretur abrumpere. Sed Deus, qui eos Parisiis eduxerat, & suum per Angelum*

*deducebat, medicinam recenti morbo subito fecit: Illucescente die, in ipso discessus articulo, tumor ille qui sedam in vltus videbatur erupitur, sua sponte refedit, vt ne vestigium vel curiosè intuentibus appareret.*

*Secundò, ibidem fusè narrat nostros prope Constantiam per Angelum Domini eductos, periculum euasisse, quod eis ab Hæreticis impendebat cum pedibus eò accessissent, vt & recesserunt.*

*Tertio, placere Deo laborem pedestris itineris, in Societate suscipi in peregrinationibus soliti, apparet ex vitâ S. Xaurij, qui, vt scribit Turcellinus, cum Venetias ad S. Ignatium contenderet, habebat lacertos & coxendives confictas teneris funiculis, siue animi ob patientiam exercendi, siue edomandi corporis studio: qui ob corporis agitationem, intumescere circum carne, artus adeò lacerauerant, & atrocitate illius carnificina eò Xauerium redegerant, vt non valeret iam mouere vestigium, quippe quod vincula iam præ tumore disparti non possent, ne dum incideret, & quamuis nodi apparerent atque extarent, vlcera tamen effecerant talia, vt dissolui dissecariq; nequiverent sine acerbissimo sensu doloris & periculo ob qua medicus attonitus inspecto corpore, nullis Francis aut sociorum precibus percelli potuit, vt agris membris tanto cum periculo admoueret manum, suppleme medici vicem Deo, post fufas ab eis preces, postridio mane, Franciscus surgens reperit funiculos omnes distractos excidisse, tumorem recessisse omnem, nihil ex tanti mali atrocitate, præter indicia mali funicularumq; vestigia remansisse.*

*Quartò, Idem confirmatur exemplo P. Codurij, qui cum missus ab Ignatio Romam cum sociis proficisceretur, & die quodam Dominico, tantum fructulo panis manè cum focis sumpto nudis pedibus, maximis & perpetuis imbribus; octo & viginti millia passuum conficisset, tantà aquarum inundantium copia, vt interdum etiam tantum pectore extarent, cum pedes haberet scabie asperfos, eo ipse die sanatus est, vt scribit Ribadeneyra l. 2. cap. 7. vitæ S. Ignatij.*

*Quintò, hunc ipsum pedestris itineris laborem, Deo valde esse acceptum ac meritorium, hinc, etiam pater: Quia Beatissima Virgo Maria (vt scribitur in vita nostri Alphonsi Rodriguez Coadiutoris) ei sudanti frontem purissimo linteo deterit, cum bonus Seneculus Patrem quandam comitatus per viam editam, ægrè insequeretur, & præ lassitudine in loco decliui consedisset ad recipiendum paulisper spiritum.*

*Sextò, idem patet in P. Iosepho Anchieta, qui, vt scribit lib. 3. eius vitæ P. Beretarius pag. 186. & 187. Semper pedes inuit iter; etiam dum Prouincialis officio fungeretur, solitus nudis pedibus iter conficere; frequentia loca prætergressus est; tantà celeritate per maris littora, per cautes, viasq; asperas, per valles, per montes, per loca confragosa; vt Brasili ipsi, duri alioquin homines, mirarentur, eumq; non festinare, sed volare*

573.  
Vic. PP.  
L. 5. libel.  
7. n. 31.  
Rosv. p.  
589. n. 31.

2. 2. q. 88.  
2. 6.

573.  
L. 1. hist.  
Soc. n. 80.



lare distarent. Quod factum est, ut callis rugisq; exasperati tali plantag. illi obdurerint; sed saepe accidit, ut comibus iter continuare iussis, solus in itinere subsisteret, quod expeditus cum Deo loqueretur. Et cum cum pane respicientes comites oculis perquirerent, longam iam parte itineris peracta sibi praecurrisse viderent; neque quisquam eorum praecedentem animaduertere potuisset. Huc videtur posse referri etiam in praemium eius pedestrium iterum, ut dicitur libr. 3. pag. 239. Cum sacro dicendo in itinere, Missa coelestis desisset, Iosephus septem leucarum spatio distans a loco Missalis, offerens se ad eum adferendum, post semiboram adfuit cum Missali, cum tamen tunc neque ipse visus esset in loco, in quo Missale relictum fuerat, neque liber ipse quem tulerat, illic desideraretur.

574. Ideo ergo S. P. N. Ignatius, & alij nostri Sancti pedes itinera sua conficiebant. S. noster Ignatius dum terrestri itinere tenderet ad ciuitates & oppida, & ipsam Hierosolymam, pedibus iter confecit; ut scribit Ribadencyra l. 1. Vnde reuersus, studiis humaniorum litterarum in Hispania absolutis, Parisios ad altiora pergens, onustum quidem libris a sellam secum duxit, sed ipse pedibus iter illud confecit, ut auctor est Ribad. l. 1. c. 16. Simili modo alia itinera conficiebat, quando sanus erat, usque ad fundatam Societatem, ut passim Scriptores vitae eius testantur. Quin cum a patria discedentem Venetias, frater equum accipere coegisset, ubi ille fines patriae excessit, equum reliquit, pedibus iter reliquum confecit. Ribad. libr. 2. cap. 5. Et Vicetia inuisus Simonem Rodericum, Bassani (vnius diei itinere) aegrotantem, & quidem eo ipso tempore febre laborans, pedibus se itineri dedit. Ribad. l. 2. c. 9.

Vide in pluribus paginis 496. 497. D. Chrysolomum de Christi pedestri itinere disserentem. Simili modo eius primi socij cum Parisiis Venetias venirent ad Ignatium, omnes scriptorum suorum sarcinula onusti, vestitu vili, abiectioneque pedibus iter faciebant.

Simili modo Romam peruenerunt ab Ignatio missi cum Codurio, uti paulo ante commemorauimus ex Ribad. lib. 2. cap. 7. Romam Venetias reuersi (ut ibidem Ribad.) mendici omnino & vacui, quoque modo venerant Venetias, ad sua illa Xenodochia, reuersi sunt. Venetias Romam ad Societatem fundandam: Processuri, inquit Orlandinus libr. 2. hist. Societ. numer. 4. omni subsidio spoliati itineris, suis pedibus contulerunt, &c.

575. Post Societatem Romae fundatam, Alphonsus Salmeron, & Paschasius Broëus cum potestate, per amplam Nuncij Apostolici a Summo Pontifice in Hyberniam missi, indeque reuocati a Pontifice (ob pericula & importunum tempus) Luteriam iter in Italiam suis ipsi pedibus, tenuique pecunia, Nuncij Apostolici sunt ingressi. Ribad. libr. 3. vitae S. Ignatij cap. 4. Quo et-

iam modo ab Ignatio, Societate Romae fundata, in remotissimas etiam terras (vbi in Lusitaniam, Indiam) mittebantur, inquit Ribad. l. 3. cap. 5.

Observauit autem P. Polancus in 2. Tomo MS. Historiae Societatis, Observatum esse ab iis, qui pedibus ibant ad fundanda noua Collegia, & vestes & sarcinulas praeferebant equo, soltos referre magnum fructum animarum. Cum autem alioquin nonnulli coacti a fundatore equites iter fecissent, non tantum percepisse spiritualis fructus in aliis, quantum solerent dum pedibus suis incederent.

576. Quod pedestre iter adeo S. Xauerio erac cordi insum, ut non dubitaret S. P. Ignatio ex India scribere libr. 1. epist. 10. Peruelim scire, utrum vetus ille amicus noster (nimirum quendam e primis intelligit, mihi notum, cuius ob reuerentiam parco nomini) multa vehatur. Nam si etiam num vehitur similiter, ut cum hominem istuc reliqui, magnam eius imbecillitatem esse oportet, qui tot medicis ac medicamentis nondum proficere potuerit, ut pedibus ingrediatur sua. Sanè ipse S. Xauerius praeter exempla supra commemorata, ut scribit Turcellinus libr. 6. cap. 7. eius vitae: Terrestria itinera quamquam saepe esset equorum copia, serè conficit pedes in India & Laponia, ubi passim cum saxu, niue, glacie, torrentibus erat luctandum. Quod fusiis commemorat Turcellinus lib. 2. cap. 6. & libr. 4. c. 6. ut infra narrabo suo loco, cum de tolerandis itinerum molestiis agam. Sic Pater Paschasius vnus e primis 10. sociis, uti scribit Sacchinus in 2. par. hist. Societ. libr. 6. numer. 96. Itinera semper agebat pedes, cumque ab Antistite Claromontano adactus esset equum accipere, statim ut egressus vrbe est, ad Franciscanum coenobium eorelictio, pedes, Christi Domini more, pertexit. Et libr. 1. numer. 131. de P. Francisco Villanoua idem scribit P. Gonzalus Sylueria, ut scribit Nicolaus Godignus in eius vita lib. 3. cap. 6. Non satis habuit pedes semper, & mendici habitu iter facere quocumque iret, verum etiam cum ad promouendam rem Christianam in vicina aequè ac remota oppida excurrerebat, sarcinam cum scriptis & libris ad concionem necessariis, suis portabat humeris. Fuit qui indignitate rei motus, Patrem obnixè rogaret, ut ad scriptorum onus mancipio uti vellet, siquidem nollet iumento uti, negauit se facturum, hac lepidâ responsione: *Hocine tua in me caritas mihi adimet portandi meritum, & seruitio dabit?*

S. Bernardus scribit S. Malachiam Episcopum, per Diocesim non equo, sed pedibus discurrisse, & in hoc virum Apostolicum se probasse. Horum ergo exemplo Patres pedestre iter in vocis & vsu habeant, nec credant naturae laborem fugienti, & praetextenti imbecillitatem, quam quandoque daemone obrudit, sed vincat se gloriosè. Imitentur S. Ignatium, qui cum Parisiis Rotomagum pedibus se contulisset

iuuan-



iuuandi cuiusdam & querendi causa; (Ribad. l. 3. c. 2.) Cum anteluceam ex Vrbe Parisiensi progressus esset, post magnam sui victoriam, ob reiectum horrorem, quem surgens è lecto, antequam se in viam daret, senserat, ob quem neque satis pedibus consistere, nec vestimenta posse induere videbatur, & sic egressus tres leucas, tam lentè atque grauatè conficeret, ac si pedes haberet plumbeos; hæc tentatio & totius corporis grauitas eatenus durauit, quoad superato quodam collis iugo aspero ascensu, in planum atque spatiosum campum tandem euasit, ubi mirificè à Domino recreatus est, & tantà tamque nouà & subitâ luce perfusus, & spiritus ardore incensus, vt omni prorsus molestiâ corporis grauitate depulsâ, quasi ceruus quidam per latam illam planitiè cucurrerit, vt volare magis quàm ambulare, magis rapi, quàm se mouere videretur: Deum suauissimè alloquebatur, & tam validis clamoribus ex vulnerato amore corde interpellabat, vt satis liqueret, Deum ipsum, à quo ita trahebatur, illius professionis Ignatio fuisse authorem.

577. *Secundò*, augetur in peregrinatione nostrâ meritum ex corporis variis incommodis, quæ pati necesse est, tum ab inclementiâ aëris, in æstu, frigore, ventis, pluuiis, tum ob victus potulicæ inopiam aut qualitatem; tum ob aduersariorum conditionem; quæ Dei causâ tolerata, magnam meritum faciunt accessionem. Meritò ergo S. Franciscus dum proficisceretur in Galliam, comitante Fratre Maffeo, deuenissetque ad fontem in viâ, & ibi volens comedere, nil præter frustula panis duri, præcaridè impetrata inuenisset, exclamare cæpit, Deo agens gratias, quòd thesaurum talem inuenisset; cui Maffeus, quis, inquit, est iste thesaurus, cum etiâ necessaria desint? Immo, inquit, hoc ipsum est thesaurus. Ita scribitur par. 1. hist. Franc. lib. 2. cap. 16. Porro non qualemcumque thesaurum hunc existimabat esse S. Franciscus, sed maximum. Nã, vt scribit Lucas Wadingus to. 1. Annal. Minor. Anno Christi fortè 1210. numer. 48. docebat ita suos S. Franciscus: *Si propter inopiam & paupertatem Frater corpus (sic vocabat corpus) necessitates suas in sanitate & infirmitate habere non potest, dum honestè petierit & humiliter à Prelato suo, amore Dei, & sibi non datur, sustineat amore Domini patienter, qui etiam sustinuit quærens qui eum consolaretur, & non inuenisset (Psal. 68. 21.) & hac necessitas, sibi à Domino imputatur pro martyrio.*

578. Nam incommoda notabilia sine morte, sunt quædam martyria. Sic Ecclesia in Officio de SS. Nerio & Achilleo in 2. Nocturno Lect. 5. de S. Flauia Domitilla dicit: *In carcere longum martyrium duxit.* Et in Martyrologio Romano 16. Ianuarij, inter SS. Martyres reposuit Matcellum Papam, qui tamen non morte violentâ est mortuus, sed quia iubente Maxentio Tyranno ad seruitium animalium cum custodia

publicè deputatus, ibidem seruiendo animalibus, indutus cilicio, defunctus est. Et S. Terefia est aureola martyrij vidit nostrum P. Martinum Gutierrez in carcere mortuum ex incommodis carceris. Sed hoc est dulce Martyrium, quales subierunt quidam Sanctorum, qui ardentes carbones tanquam rosas molles calcabant. Meritò ergo S. Xaverius nosset multa passus pro Deo in itineribus l. 1. ep. 1. scribit: *Omnia incommoda sibi Dei causa, vt par est, subeantur, profectò magna solatia sunt, & materia multarum magnarumq; celestium consolationum voluptatumq;.* Equidem sic mihi persuasit, deo, crucis Christi Domini amatores, vitam eiusmodi exercitiam erumnis, beatam ducere; crucis autem fugi, aut vacuitatem, mortis instar putare. Mihi credite, nulla crux est, cum hac cruce comparata. Rursus quàm beatum viuere, quotidie moriendo, nostrasq; frangendo voluptates, vt queramus non qua nostra sunt, sed qua Iesu Christi.

Tertiò, augetur meritum peregrinationis, ex animi confusione, quam pati est necesse sæpè nostros peregrinos, tum, dum videntur pedites ire, non curru, non equites; tum, dum petunt eleëmofynas in villis, oppidis, itineribus; tum dum audiunt probra, conuicia ab Hæreticis & Catholicis non additis; hypocritis adscribentibus nostram mendicationem, quos sciunt ex redditibus sustentari; tum dum negant quæsitam apud illos eleëmofynam. Talis autem confusio & rubor, est magni meriti apud Deum. Ideoque & in ipso Christo à Spiritu S. peculiari quadam ratione commendatur ad imitationem nostram Hebr. 12. 2. *Sustinuit crucem, confusione contemptâ*, non dicit morte contempta; etsi esset ea grauissima corpori tenerimo, sed *confusione*, quia hæc animam Christi excruciebat. Christus, inquit B. Laurentius Iulianianus libr. de perfect. grad. cap. 9. à sua conceptionis exordio, quoad usque in cruce confixus Domino reddidit spiritum, nunquam pati desit, non sicut ceteri, sed incomparabiliter supra vniuersos. Longè tamen efficacius in anima, quàm in corpore, perpassus est dolore maximos, actuales cruciatus, spirituales gladios, persecutiones ab omnibus. &c. Et ab hominibus innocentibus, & magnæ autoritatis, pluris fit quàm mors ipsa, quam mallent subire; quàm tractari indignè, & indignâ tractatione confundi. Et ita Dauid Psalm. 68. vers. 23. in personâ Christi patientis ait: *Tu scis improprium meum & confusionem meam, & reuerentiam meam.* Quod explicans Bellarminus in Commentario; *Vocat, inquit, ipsum Deum in resem sue passionis, que in ignominia consistit.* Nobiles enim animi, pluris faciunt ignominiam, quàm dolorem corporis. Tu, inquit, scis improprium meum, id est; qui impropria in me iaciant aduersarij, & confusionem meam, id est, confusionem que nascitur ex opprobriis; confunditur enim apud alios, non solùm qui culpam verâ agnoscit, sed etiam, qui sine culpa est, sed videt credit ab aliis



crimina, qua sibi falso obiciuntur. Et reuerentiam meam, id est, verecundiam meam, qua ex confusione ori- ri solet: erubescunt enim qui apud alios confunduntur, nisi iniuste confundantur. In Hebraeo textu est vox Chel- luma, qua significat verecundiam. Et verecundiam hoc loco legunt S. Hilarius, S. Augustinus, Euthymius, & alij. Quare vox (Reuerentia) qua habetur in nostra editione, non significat reuerentiam, qua debebatur Christo, sed reuerentiam, quam ipse in se habebat, id est, erubescenciam & verecundiam. Hæc Bellarmi- nus.

Portò de confusione qua percipitur in ele- mosynis, pulchrè ait S. Franciscus in sua Regu- la fusiore apud Lucam Wadingum tom. I. An- nal. Anno 1210. num. 2. pag. 54. Quando sacerdoti eis homines verecundiam, & nolent eis dare elemosynam, referant inde gratias Deo, quia de verecundis recipient magni honore ante Tribunal Domini nostri Iesu Chri- sti. Merito monet ne erubescamus, quia id cum stupore ponderat S. Chrysostomus serm. 14. O quid agis, ames pauperes, gloriatur in calis Deus, unde pauper erubescit in terra: ex hoc reputat is honorem sibi, quod pauperi computatur iniuria.

Quartò, augetur meritum ex aliis actibus vir- tutum, quæ frequentantur tali tempore pere- grinationis, de quibus infra dicam.

Secundus fructus, peregrinationis esse potest, soletque ex auxiliis, quæ proximis adferent, in quos incident, vel ad quos diuertent, iuuando eos colloquiis, dnm iis, vel consilia pia dabunt, vel intruent ignorantes mysteria fidei, aut casus conscientia resoluent, aut excitabunt ad Confessionis & Communionis frequentatio- nem, aut concionabuntur, aut Confessiones au- dient.

Magnus est etiam iste fructus, noster & lau- dabilis iuuare animas aliorum iis, modis quos attingimus: Nam, vt ait S. Dionysius cap. 3. cæli hierarch. Omnium Diuinorum diuinissimum est, coo- perari in salute animarum. Et vt dicit S. Chryso- stom. hom. 2. & 4. in Genesim: Nihil ita gratum est Deo, & ita curæ, vt animarum salus: ed quod, vt idem scriptum reliquit h. 3. in 1. Corinth. Est immensus pecunias pauperibus eroges, plus tamen effe- cit, si nam conuerteris animam.

Ideo S. Catharina Senensis locum & vestigia impressa à transeuntibus concionatoribus vi- uis osculabatur, causamque rogata, dixit, se Deo reuelante scire, quanta esset animarum in gratia existentium pulchritudo, ideoque se eos tantè facere, qui ei acquirere cooperarentur. Huius autem rei quotidie Patres, idque non semel in die, habebunt occasionem, colloquendo, & in itinere & in diuerso cum secularibus. Nam si colloquerentur de rebus ad animarum salu- tem & perfectionem spectantibus, magnum & sibi meritum, & fructum aliis conciliabunt, vt infra dicam. Nam, vt ait S. Thomas 2. 2. q. 177. a. 1. in corp. Spiritus S. virtus lingua hominis quasi quo- dam instrumento, ad instruendum intellectum, dum a-

liquis sic loquitur quod deceat, & ad mouendum affectum, vt libenter audiat Verbum Dei, & ad hoc quod aliquis amet ea, qua verba significantur, & velit ea implere.

Tertius fructus, peregrinationis esse solet & debet, augmentum deuotionis, tum per longio- rem & frequentiore orationem, pro qua in peregrinatione quilibet habet plus temporis quam domi, vbi in lectione librorum piorum magna pars temporis ponenda est; tum per diu- tiora colloquia de rebus piis, & religioso ore dignis, quorum vtrumque valde conducere ad augmentum deuotionis sensibilis, docet quoti- diana experientia, & omnino adhibenda est, vt infra ostendam. Memini me toto tempore stu- diorum meorum, dum in Collegio Romano manerem, Rhetoricæ & Philosophiæ & Theo- logiæ dans operam, quotidie solitum non mi- norem deuotionis affectum & spiritus feruorè, tempore recreationis quotidianæ, præsertim hebdomadariæ in vinea Balbinæ sentire, quam sentirem in deuotâ communionè, & tempore feruentis Meditationis: ita pia de rebus piis col- loquia, cum mihi æqualibus Fratribus instituta, accendebant cor meum.

Quartus fructus, peregrinationis est, assuesce- re ad toleranda corporis incommoda varia, quæ peregrinatio adfert. Vnde augetur habitus patientiæ & temperantiæ & sobrietatis, & alia- rum virtutum, præsertim heroiæ charitatis erga Deum, ob quam omnia molesta patienter & libenter, & cum exultatione à seruis Dei ferri solent; hoc indicatur initio Regulæ 5. in qua cum esset scriptum peregrinis nostris, vt indi- gentiâ & penuriâ rerum corpori necessaria- rum probati exoptent; subditur finis, seu vti- litas, quæ hac in respectanda est, vt ad incom- moditatem cibi somniue capiendi libenter as- suescant.

Quintus fructus est, imitatio Christi in perp- sione rerum omnium molestarum. Quæ de re sic agit Reg. 5. Iniurias, illusiones, & opprobria, quæ in itinere inferri contigerit, patienter cum Dei gratiâ ferant, gaudeantq, materiam præberi sibi imitandi ali- quando Christum Dominum, eiusq, vestibus, atque in- sigmbus se ipsos induendi. Nam, vt ait S. Ephræm de Fide, Improperium honorem, & contumelias glo- riam ducere, hac vera seruorum Dei gratia est.

CAPVT SECVNDVM.

De modo in peregrinationibus obeundis seruando, quoad Deum.

Quoad secundum, quis modus & ratio ser- uanda sit obeundarum peregrinationum, docent Regulæ Peregrinorum, quarum præ- scripta ad tria capita reuocari possunt. Primum caput est Modus agendi cum Deo toto



toto tempore peregrinationis : qui quatuor partibus constat.

Prima præscribitur Reg. 2. *Litanias simul omnes quotidie in ipso itinere ingressu vel itinerarium dicant, nec orationem & consueta Examina prætermittant.* Sermo est de rebus deuotionis ordinariis stabilibusque, quæ etiam domi ab omnibus seruari debent, sed multò magis in itinere, in quo, cum sint extra claustrum domicilij, nil omittendum est horum, quæ conferunt ad resistendum dæmonis insultibus, & ad conseruandum saltem bona in domicilijs acquisita, per hæc media Examinum & orationum, quæ hoc tempore magis sunt necessaria. Nam, ut dicebat S. Ignatius, teste Ribad. lib. 5. cap. 11. *Eis qui cum proximis agere debent, cogitandum est, se non cum perfectis hominibus viuere, sed in medio nationis praua atque peruersa: idè cauendum, ne illorum vitia nobis adhaerescant.* Et cum, ut ait S. Leo serm. 5. *Quadr. Plena sint omnia periculis, plena laqueis: & verum sit, quod ait S. Cyprianus lib. de lapsis: Vinci à seculo non posset, qui vnde vinceretur in seculo non haberet.* Ideo armis orationis & Examinum animus munendus est, ne succumbat. *Vbi enim viri & femina permixtim conueniunt, magnâ iniquitate, & confusione hi cæuis pleni sunt, & occasio conuentus est causa turpitudinis, inquit Clemens Alexandrinus lib. 3. Pæd. cap. 11. Ex talibus conuentibus commercia, ut Tertullianus ait de spect. cap. 25. Scintillas libidinum constabellant.* Vel, ut scribit Seneca ep. 7. *Nemo non aliquid nobis vitium aut commendat aut imprimis, aut allinit.* His autem omnibus oratio & Examen conscientia: instar scuti se opponit, ne homini noceant, alioqui nocerent. Nam, ut scribit B. Laurentius Iustinianus lib. de Christi agone cap. 6. ponderatâ Apostolorum dormitione in orto dum Christus orasset, & eorum fugâ: *Mens si quando oratione neglectâ, cepit à sua custodiâ dormire, repente cupiditatibus frenâ laxatur, & immundis cogitationibus aditus referatur, atque non modestè tepere inchoat incendium charitatis.* Et è contra, orationis præsidio omnes vincuntur illecebræ, ut experiuntur ei dediti. Idè quæ de se dicebat ille, se minorem redire, quam domo exisset: sed potius, ut quamadmodum monet S. Chryost. lib. 3. de Sacerd. *Ita ab illis finis liberi, sicut corpora trium illorum puerorum Babilonicorum, erant libera à flamma ignis, quam ut dicitur Danielis 3. 40. 50. Angelus Domini excussit de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum rotantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestia intulit.* Et, ut additur ver. 9. 4. *Nil potestatis habuit in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non est adustus, & saraballa eorum non sunt immutata, & odor ignis non transfuit per eos.* Ita planè redire domum debent Patres, uti exiuerunt è fornace sancti illi pueri, & sine damno ab igne secularis conuersationis, & visitatione eorum domiciliorum, & sine fetore fumi quoque. Debent esse lux Christi, sic vocati

Matth. 5. 14. ed quòd, ut explicat S. Augustinus tract. 4. in Ioan. *Sicut lux est per immunda transiit loca non inquinatur: quin potius ea exsiccat, purificat, & tetrum odorem expellit; ita nos sine nostro damno proximis profimus, instar lucis eos illuminando bonis doctrinis, accendendo bonis consilijs, & monitis: ad odium & fugam peccati, ad amorem & studium virtutum, quorum vtrumque præstant examina & orationes solitæ.* Idè qui hæc omittunt in Missionibus, magnam faciunt spiritus iacturâ.

Idè primi Societatis Patres dum Partibus ad Ignatium Venetias contenderent, ut scribit Orland. lib. 1. hist. Societ. num. 110. qui Sacerdotes erant, *Quotidie vel Missarum sacra curabant, vel si non possent, vnâ eum iis, qui nondum sacris initiati erant, sacrosanctâ Eucharistia mysteria, noxâ confessione deterfis, accipiebant.* Hoc se viatico, contra omnes difficultates, & pericula muniebant. Nocturnis matutinisque temporibus, in diuersis ad presinitum spatium, Diuinarum rerum contemplationi vacabant. In ipso itinere, vel ex Psalmis decantabant aliquid, vel de Deo agitabant inter sese dulcia & salutaria colloquia. Venetias quoque Romam ad Ignatium, qui antecesserat, euntes, quotidianam non intermittebant Synaxim, inquit Orland. lib. 2. histor. n. 4.

Porro censerem in peregrinatione (suscepto loco cilicij, deambulationis labore, & aliis incommodis) disciplinas non omittere hebdomadarias, quæ vel in syluis, vti fiebant à S. Xauerio apud Turfel. vel alibi, possunt fieri, & in hospitij nocturno tempore, vbi eas faciebat, & quidem acres, adhuc secularis, & Dux P. Borgia, ut scribitur in eius vita, lib. 7. cap. 2. aded, ut pueri excitati strepitu plagarum, ipsas sæpè numerarent supra quingentas, ut habet Orland. lib. 10. hist. Societ. num. 39. Et S. Ignatius, dum ad montem Serratium iter faceret, Rib. 1. 1. c. 3. idem faciebat.

Secundum, quod erga Deum seruandum est in modo peregrinandi, est oratione comitem itineris sibi Christum facere. Cum enim liberum sit, & nihil sit quod nos impediât, & otiosa cogitare non liceat, & vitiosus, ac honestius & iucundius sit cum Deo colloqui, quam cum socio, præstat orare frequenter & diu. Idè dum socij Venetias ad Ignatium pergerent, Romæ manentem, præter quotidianam Synaxim, magnam partem itineris in Sanctis ritè precibus implorandis, psalmorumque canticis conterebant: vti scribit Orlandinus lib. 2. hist. Societ. num. 4. Et Ribadeneira describens modum, quo socij ad Ignatium ex Vrbe ad remotissimas terras miti soliti, ad inchoanda Collegia pergerent, ait lib. 3. cap. 5. *Egredientes hospitium, armabat oratio, ingredientes excipiebat, diebus Dominicis, qui Sacerdotes non erant, aut sæpius etiam consuebantur & communicabant.* P. Balthasar Alvarez, ut scribitur in eius vita ca. 25. *Maiori diei parte, aut etiam toto die in itinere peregrini, orationi vacabat.* Vide Alvarez de Paz. to. 3. pag. 376. fin. & 377. init.



590. Tertium, quod præstandum est in peregrinatione, imitatio Christi, in tolerandis æquo animo aduersis, quæ Reg. 5. sic commendantur: *Indigentia & penuria rerum corpori necessariorum probari exoptent, ut ad incommoditatem cibi, somnitiæ capiendi libenter assueant: iniurias vero, illusiones, & opprobria, quæ in itinere inferri contigerit patienter cum Dei gratia ferant, gaudeantq; materiam præberi sibi imitandi aliquo modo Christum Dominum, eiusq; vestibus atque insignibus se ipsos induendi.*

591. Quando Ethai Gethæus, qui transfugerat ad Dauid, vidit Dauidem fugientem ex ciuitate à filio Absalon eum persequente, & ipse quoque eum secutus est cum fratribus suis: & quamuis Dauid ei suaderet ut rediret, & habitaret cum Absalon, respondit Ethai Regi. 2. Reg. 17. 21. *Viuat Dominus, & viuat Dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris, Domine mi Rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus.* Tales esse debemus erga Christum uti Ethai erga Dauid, quamuis ab eo non sit tot tantisque beneficiis cumulatus, uti nos à Christo; nec potuerit tanta præmia sperare, uti nos à Christo. Quando Viras ex bello reuersus est domum, iullu Dauid sui Domini, noluit descendere ad domum suam, sed dormiuit ante portam domus Regiæ, cum aliis seruis Domini sui, quod cum nuntiatum esset Dauidi, interrogat Dauid, cur id fecisset, & ait Dauid ad Viram: *Nunquid non de via venistiquare non descendisti in domum tuam? & ait Viras ad Dauid: Arca Dei, & Israël, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terra manent, & ego ingrediar domum meam, & comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea: per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.* Si exemplum Ioab & subditorum Dauidis extra domum manentium satis erat Viræ ad non descendendum in domum suam, quanto magis nos ipsius Dei exemplum in carne nostrâ, pro nobis tam multa in corpore & animo passi, mouere debet ad eius imitationem in tolerandis incommodis, quæ accidunt in peregrinatione.

592. Cùm Cato Minor Imperator belli, grauissimâ siti ardens in Libycis arenis summo solis æstu diffusisset, & paucillam aquæ in galea sibi oblata bibere noluisse, sed effudisset in terram, ne solus eo solatio fruere, etiam alij milites eius exemplo diurnam sitim tolerarent. Quid nos Christi exemplo pati non debemus, cùm sumus vocati ad hanc Societatem, quæ in prima Bulla Pauli 3. pag. 5. & in Bulla Iulij 3. pag. 56. 61. appellatur, *Iesu Christi militiæ*? Non solum improperia ferre debet pugil ac miles Christi, inquit S. Ephraem de Fide, sed diuitias ut stercola respicere, & propter eas, quæ habentur vilia, & abiecta latari.

593. Rebecca ut vidit Isaac peditem, repente descendit de camelo. Genes. 24. cur nos velimus commodius tractari quàm Christus? Neque Lancij Opusc. Tom. 2.

enim discipulus est supra Magistrum, neque seruus supra Dominum suum: sufficit discipulo ut sit sicut Magister, & seruo sicut Dominus eius. Si Patrem familias Belzebul vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Matth. 10. 24. 25. Ferenda sunt ergo, Domini nostri Iesu Christi exemplo, omnes itinerum molestiæ, siue eæ corpus, siue animum affligant. Gloria magna est, sequi Dominum, inquit Ecclesiasticus 33. 38. Meritò ergo Apostolus, Christi exemplo motus, nil curabar in mundo, æquo animo ferebat omnia, & læto propter Christum: Philip. 38. Existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificarem. Imò de hoc solo gloriabatur Christo Crucifixo: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Gal. 6. 14. Qui verè cupit esse homo Christi, inquit S. Ephraem de Fide, eternisq; bonis se fructurum sperat, paupertatem diuitias cum gaudio existimare debet, & afflictionem recreationem, asperitatem victus, delicias, improprium honorem, & contumelias gloriam ducere; hæc enim vera Dei seruorum gloria est.

Sic S. Paulus, nil aliud scire volebat nisi pati: *Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum.* 1. Cor. 2. 7. Scilicet omnia incommoda, cruces, persecutiones, & aduersitates, quibus plena fuit Christi & Apostolorum. Talibus aduersitatibus nostros primos Patres exercuit Deus, tales & illi expeiebant. Quanta ipse noster Fundator sit passus in itineribus, docent omnes eius vitæ scriptores. In hoc itinere, inquit Ribaden. libr. 1. cap. 10. quod Romæ Venetias habuit, multa aspera & acerba pertulit; propter grassantis enim pestis metum, vel in porticibus excubare, vel pernoctare sub dio cogebatur: alij, qui se in via illi socios adiunxerant, lentius præ viuum tenuitate ambulantes deseruerunt sub noctem. Quæ itinerum incommoda, ab eo libenti animo tolerata pro Deo, quantopere Deo placuerint, Diuinæ extant benignatis exempla. Nam Dominus, qui dixit Heb. 13. *Non te deseram neque derelinquam,* ait Ribad. loco cit. *Ille desertum inuisit Ignatium, abiectum suscepit, & complexus est. Næq; oblitus se illi nocte, postquam relictus est, proximâ. Christus in latissimo quodam campo, à Fossa Clodia pergenti Patauium, plurimumq; aspectu suo recreauit eius animum, & ad grauiora perseveranda roborauit, & ita eius iter direxit, ut Patauina Urbis custodia ingredientem egredientemq; illum, nil omnino remorerentur aut interpellarent, & aditum Venetias persacilem haberet. Publicis quippe exploratoribus omnia excutientibus, intactus ipse solus, prætermisus est, cùm tamen desertores illi socij, laboris multum subierint, ut liberum in eam Urbem ingressum inuenirent. Sic cùm assuetus longo iam vsu malè cubare, sub porticu Procuratoria, quam appellant, intendentibus iam se tenebris, vacuum opificis cuiusdam sulcrum elegisset, in quo fessus artus vicunque reficeret, vicinus Senator è*



prima nobilitate Marcus Antonius Trevisanus, caelesti voce excitatus increpitusq; est, quod in multâ veste, molliq; strato decumberet ipse, cum interim Dei famulus peregrinus non longe à vestibulo adium illius, iaceret in publico pauper, & omni humanâ ope, ac solatio destitutus. Itaque ingenti metu horroreg, perfusus, profliit confestim, & questum diligenter Ignatum, excepit perhonorificè. Ita Maff. libr. 1. cap. 13. fin. & Ribadeneyra libr. 1. cap. 10. Et Orland. lib. 1. numer. 35.

594. Ita quoque dum Hierosolymam navigaret multa passus est in itinere, & paupertatis incommoda, & procul dubio ab iis, quorum flagitia in naui magnâ spiritus & orationis libertate acrius infecutus est: quamobrem nauâ illum in insula quadam deserta & vastâ exponere volebant, & exposuissent naui ad eam appullâ, ni subito vehementi vento repulsi fuissent. Cum, inquam, multis aduersitatibus exagitatus esset, toto navigationis tempore, Christus Dominus sepe ei sese ostendit, illumque incredibili consolatione permulsi, ac sustentauit, & in portum à se toties tam vehementer optatum, tandem inuenit. Vti scribit Ribadeneyra libr. 1. cap. 10. fin. Maff. lib. 1. cap. 13. Orlandin. libr. 1. numer. 36.

Sic etiam dum Hierosolymis elanculum se à focis subduxisset, & solus nullo Turcâ duce (quæ res periculosissima) in montem Oliueti recurrit, ut quâ in parte pedis dextri vestigiū, quâ sinistri esset, diligentius animaduerteret, redeuntem Armenius quidam in S. Francisci Cænobio ministrans, ad illum perquirendum celeriter missus, fuste primū ac truci vultu acriter minatus, ac temeritatem asperè admodum increpans, deinde immissa manu & brachio, ferocius apprehensum ad diuersorium traheret, minime sanè remittentem, quin etiam nouo caelesti gaudij rore perfusum, quod Christum inter eas contumelias sibi præsentem, ac semper supra se adstantem, atque incedentem, & vsque ad hospitium præuenientem, incredibili quodam genere consolationis aspexisset. Vt scribit Maff. libr. cap. 1. 14. fin. & Ribadeneyra libr. 1. cap. 11. Orland. lib. 1. numer. 39. & 40. Simili modo eius socij ab eo Venetiis Romam missi, inquit Orland. lib. 2. numer. 4. & 5. Omni subsidio itineris spoliati, somnum in imparatū pauperum Xenodochiis, modo inter paleas, modo inter præsepia, sepeq; toti imbribus madidi, festiq; captabant. Paupertas aded eis suavis erat, ut eam sine multis & magnis incommodis nullam ducerent. Tantum autem colligebant cibi, de crastino nihil solliciti, quantum præsens necessitas compellebat. Item, Venetiis Anconam versus egressi, ad Adriaticum maris oram biduum triduumq; sine vilo fere cibo (neque enim locus vllus, vbi corrigare stipem possent, Rauiemam vsque se obtulit) exegerunt, deficientibus præ labore vie, cibiq; desiderio, corporibus: cum tamen aliorum quisque magis quam suis incommodis angeretur.

tanta in eos flagrabat charitas, tantus amor. Vbi paupulum conquiescent, & Diuinâ potius ope, quam humanâ (perexigua enim imenta est esca) virum aliqui, aut potius anheliti recepissent, ad cepta peregrinationis reuertuntur incommoda. Vix iterum repetito, fluitum offendunt maximis ac perpetuis imbribus, mille circuiter extra alueum passibus exundantem. Cumq; nummorum nihil esset, vix importunis precibus à portitoribus extorsunt, ut in alteram se fluij partem ripamq; transueherent. Is cum plana camporum longe lateq; stagnasset, diu nudis pedibus fuit per altas aquas ingrediendum. Noctâ igitur Rauiemam madidi, fameq; enecti perueniunt, nullo per eum diem, præter panis frustulum, sumpto cibo, cum tamen pridem nihilo lautius accubissent. Orlandin. libr. 2. num. 5. Ibidem Rauienna publico in hospicio cum pauperibus diuersati, & pauperum passu more, congruis etiam cana cubilibus sunt excepti, squallore pedoreq; obstiti, quæq; fatigatos artus non ad quietem allicerent, sed quietiam traditos, nouis laboribus exercerent. Sordibus scatebant omnia, & mordacissima bestiola notis vndique excitata pabulis fodiebant artus sopori iam deditos, ne quietem desariati conciperent. Plura in hanc rem prosequitur Orlandinus, verum hæc sint factis de illis.

Sed Xauerius omittendus non est, cuius vita etsi plena fuerit summis molestiis innumeris, maximè tamen in Comorino Promontorio: Quia nullam aliam Indæ Regionem sol magis exurit, aded, ut cuncta sole velut igne torreantur. Religio, pane, vino, potius, ceterisq; eiusmodi rebus caret. Vnde Xauerio præter omnium rerum inopiam, sæpe non magis cum ardore solis, quam cum arena feruido litore, non tantum fallente, sed etiam excurtente vestigia, luctandum fuit. Ille tamen vnus multorum Sacerdotum animos ac vires gerens, continenter circum illius ora maritima vicos, & oppida pedibus sepe nudis (vique post detritas vsu ocreas) feruida arenâ cursare institit, baptizando, in matrimonium collocando, catechismo erudiendo, disidentes ad pacem reuocando, quamuis astuans, & sudore penè perpetuo fluens, humi cubabat, orizâ exigua, à se coactâ & male conditâ victitabat: ut scribit Tucellin. libr. 2. cap. 6. Sic, ut idem scribit libr. 4. cap. 6. Vt Meacum penetraret, equiti indigena, famulum semet adiunxit. Eius ergo equitantis sarcinulam, præter Missæ instrumentum, cursitans gerebat humeris, hero, cursus magis quam itineris modo equum concitante, per obnoxia lateribus loca. Et Franciscus pedibus ferme ibat nudis, quod riuus, amnesq; vado transiundis, se passim offerrent. Itaque sæpenumerò pedibus, ex niuis & alioris iniuria intumescens, grauior laborabat, crebro etiam cursu, & sarcinarum gestatione fatigatus, aut glacie, aut asperitate, viâ fallente, vestigia corruabant. Quis ille non aquo solū animo, sed etiam intento in Deū, & à sensibus alienato superabat animo, etsi subinde in vepres incideret, & ad lapides offensaret pedes, laceraretq; sine vilo sensu doloris. Tanta erat vis caelestis contemplationis, sensus vincens dulcedine. Nec verò hostis conditio melior quam dici. Sæpe



Sapē de nocte imbribus madefactus, frigore confectus ac fame, ad diversorium veniebat, ubi humana crumnarum subsidia solatiūq, suppetere nulla. Mensibus duobus itinere exactis, innumerabilibus terrā marig, persunctus malis, Meacum peruenit.

197. Sic P. Joannem Baptistam Cecottum Christus apparens solatus est, in Missione quadam apud Grifones vel Heluetios, cum multa pate- retur in victu & habitatione.

198. Horum incommoditatum amor effecit in B. Borgia, ut legimus in eius vitā lib. 4. cap. 5. *Ut cum de viā festus diuertisset in hospitium, humilemq, casam cum Bustamantio, & pro lecto in stramine cubasset, illeq, rursus laborans, totā nocte conspuisset Beatum Borgia, faciemq, etiam non raro fœdasset, is nihil turbatus, transegit noctem spūto deformatus, vix ut agnosci posset. Vbi diluxit comperto quod res erat, veniam Bustamantius precatur. Ad hec ille: non est Pater, quod eā re labores, nec vsquam dignior locus in cubiculo, spūto aspergi debuit.*

199. De primis Patribus, qui à S. Ignatio Romā mittebantur ad Collegia inchoanda etiam ad remotissimas terras, scribit Ribadeneira libr. 3. cap. 5. *Inter ipsos summa erat pax, & concordia. Et quod mirabilis est, in magnis laboribus, magna alacritas animusq, semper letus, & laborandi pro Christo patiendiq, desiderio, ne de ipsis quidem longissimi itineris molestiis aut periculis cogitantes. Similia scripletur lib. 2. c. 7. de sociis Parisiis Venetias ad S. Ignatium euntibus: Quotidianas pluvias per Galliam perulerunt, hyemalem asperitatem per Germaniam, leti tamen, & alacres insuetum durumq, laborem obibant.*

600. Quartum, quod erga Deum seruari debet in modo peregrinationis, est observatio Regularum: de quo sic habet Reg. 2. Peregrinorum: *Alias etiam Regulas (præter examina & orationem) observent, quantum ratio itineris permittet. Quod additum est, ne quis scrupulosè velit servare silentium non vitra horam à prandio & cœna, vel septem horas somni, vel abstinentiam intra prandium & cœnam. Hoc enim discreta charitas nostræ Societatis, cuiusque virtuti permittit, dummodò moderatio iuxta rectæ rationis & conscientiæ timorata dictamen adhibeatur.*

601. Porro inter Regulas diligentius servandas tempore peregrinationis, duæ sunt valdè cordi habendæ: Prima, Regula 29. Sum. quæ iubet, *Ut omnes diligentissimè curent, portas sensuum suorum, oculorum præcipuè, aurium & linguæ, ab omni inordinatione custodire.* Per sensus enim diabolus multos vincit, si malè custodiantur. Sanctus erat B. Albertus Magnus, tamen dicebat: *se, dum exiret è cella, deteriorē redire.* Ideoq, B. Ludovicus Bertrandus, ut est cap. 10. eius vitæ: *Nunquam suos permittebat exire è Monasterio, nisi ob magnam necessitatem.* A multis omnino præservant periculis muri Monastici; idè quoque B. Maria Ma-

Lancij Opusc. Tom. 2.

gdalena de Pazzis, gaudebat, quia eam tenebant separatam à mundo, & non sinebant eam videre, quæ eam possent à Deo dinertere; ut in eius vita scripsit P. Ceparius cap. 45.

Altera Regula, quæ valde servanda est, est Regula 18. Sacerdotum de socio habendo, qui videat nos, dum alloquimur fœminas, vel prope eas sumus; tum ut ipsi sumus securi à periculo: Quia, ut ait Seneca epistol. 11. *Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat:* Tum ne fœminæ sint audaces; sic enim S. Bernardus fuit aggressa noctu fœmina non semel, vnde cœpit exclamare, quod ad se venirent latrones. Et hoc ipsum eandem ob causam suadet S. Bonaventura in spec. discipl. 4. p. cap. 2. Hac cautelâ vsa etiam domi suæ S. Indith. cap. 8. 4. 5. manens domi suæ cum puellis suis, in superioribus domus suæ (pondera singula) in secreto cubiculo, ibique clausa erat. Loco cit. S. Bonaventura scribit de vno, qui à fœmina erat sollicitatus ut Ioseph, dicente, ni consentias, clamabo, quod me volueris violare: tum ille inclamavit socium, postulans Breuiarium, & sic socio superueniente evasit periculum infamæ & peccati, quod non incurrisset, si socium semper sibi præsentem habuisset.

Magni momenti hæc est Regula, toties per Ordinationes novas Superiorum commendata, tanquam maximi momenti etiam ab aliis habita. Hinc apud Photium cod. 59. adversarij S. Chrylostomi inter alia magni momenti ei calumniandi studio adscriperunt etiam hoc mendacium; eum mulieres suscipere, & solum cum solis, aliis omnibus foras dimissis agere.

Hinc S. Ambrosius, iuniores præsertim, Clericos, viduarum ac Virginum domos absque aliorum comitatu intrare vetabat.

S. Augustinus teste Possidio in vita, nunquam sine Clericis ad eas intrabat, vel solus cum solis est locutus, nec si secretorum aliquid interesset. S. Clemens Romanus Ep. 2. vetuit ne soli Clerici cum solis fœminis sermones miscerēt. Quod etiam in Concilio Carthaginensī 3. sancitum est, & in aliis.

Quam ob causam in Ordinatione prima pro Provincialibus autoritate 7. Congregationis contracta præscriptum est: *Qui in Missionibus versantur (eadem autem est ratio de peregrinationibus) fœminas ne visitent, nec eas ad se domum venire sinant quacunque de causa, sed in templo, si necesse fuerit, audiantur.* Et S. Xaverius apud Tursellium in vita dat hoc monitum P. Gaspari Barzæo viro sancto & socio suo: *Cum mulieribus, cuiuscunq, conditionis, non nisi luce palam, atq, in publico, hoc est, in adē sacrâ, colloqueris: Nec vnquam domum ad eas ibis, nisi forte graviore aliquo casu cogente; veluti egra cuiuspiam confessionem excepturus: ac tam*

E e 2 curan-



curandum erit sedulo, ut eius maritus adsit, aut cognatus aliquis, aut certe vicinus idoneus. Si forte Virginem aut viduam conveniri oportebit, ad eius domum accedes viris spectata integritatis comitantibus: quorum scilicet comitatus, non solum offensionem, verum etiam suspicionem hominum excludat. Talia verò officia conveniendarum mulierum, & rara sunt & necessaria. Quippe lubricum negotium est, ubi minimum lucri, sit maximo periculo. Et S. Ignatius, teste Ribadeneira libr. 5. cap. 11. Omnium mulierum familiaritatem, etiam earum qua spirituales sunt, aut videri volunt, vitandam esse dicebat, sed earum maxime, qua etate, conditione, statu periculosiores sunt. Quarum ex consuetudine plerumque, aut sumus sequitur aut flamma De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri: ut dicit Spiritus S. Eccl. 42. 17. Vide plura in Opusculo de Missionibus numer. 35.

## CAPVT TERTIVM.

*De modo in peregrinationibus servando, quoad comitem.*

606. **M**odus in peregrinationibus servandus, spectat etiam ad rationem agendi cum comite itineris, erga quem hæc servanda sunt, propterea ad tempus peregrinationis pertinentia; quæ sola Regula 3. Peregrinorum commendat, non factâ mentione rerum aliarum, quæ etiam extra tempora peregrinationis cordi esse debent, uti est, mutua caritas, concordia, fuga contentionum, & his similia.

607. Primum, ergo quod Regula 3. præscribit est: *Ut colloquii interdum piis & religiosis, ac lectione alicuius libri pii molestia itineris leventur.* Quod quidem Regula facere non præcipit, sed ut se humanæ fragilitati accomodet permittit. Dicit enim his rebus, molestia itineris levare poterunt, ut quia difficile videbatur, arctum, uti domi, servare silentium, permitteret Societas colloquia, non alia tamen, quam religiosa & pia, ut, & lectionem non profanorum librorum, nec multorum, sed alicuius pii.

Verum est illud Terentij: *Facundus comes in via pro vehiculo est.* At facundia Religiosi diversa esse debet ab Ethnica, ideoque circa res piæ & Religiosas occupanda est. Nam si seculares monet Apostolus, non nos tantum Ephel. 4. 2. 9. *Ut sermo ex ore vestro procedat bonus, ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus, quanto magis, id à nobis præstandum est, maxime in peregrinatione, quando facilius est lapsus, eò quod tunc desint alij, qui errata nostrorum sermonum, possunt Superiori ad emendam referre.* Si seculares loquantur de rebus terrenis, mirum non est,

quia sæpè ipsa terrenarum rerum cura, eis propter gubernationem domus & familiaris, necessaria, id ab eis exigit. Ideoque Christus ait: *Qui de terra est, de terra loquitur:* at, qui Dei beneficio excepti sumus de terrenis negotiis, & ad cælestia translati, de iis loqui debemus, uti cogitare: ut ex abundantia cordis, id sit in ore, quod in corde. Siquidem, ut ait Quintilianus libr. 8. *Sermone hominem, ut ara tinnitu dignosimus.* Et, ut apud Maximum sermon. 15. legitur; Romulus dicere solebat: *Vasa fictilia, sono & percussu; hominem verò, sermone explorandum esse.* Et apud Cicero nem Tuscul., Socratis dictum refertur: *Qualis homo est, talis etiam eius est oratio; orationi autem facta simillima vite.*

608. Cam ergo vita nostra, & facta nostra debeant esse prorsus Religiosa & pia, etiam sermo talis esse debet. Nam sicut canit ille Poëta: *Nauta de ventis, de tauris narrat arator;* Et miles de medicina silet, sed de bellis & ratione pugnandi disserit; Mercator de mercibus, de lucris, de itineribus; quantum dedecus Religiosis, non sapere Deum & res Dei? cum etiam in veteri lege Deus secularibus præscripserit Eccl. 9. 23. *Omnis enarratio tua in præceptis Altissimi:* multò magis nobis præstandum idem est, qui spirituales vocamur, & ratione status & in modo agendi, ut simus eorum è numero, de quibus scripsit S. Gregorius libr. 7. Moral. cap. 6. fin. *Sancti viri dum aternitatis desiderio anhelant, in tanta altitudine vite se subleant, ut audire iam quæ mundi sunt, grave sibi ac deprimens pondus credant. Næq; valde insolens atque intolerabile estimant, quicquid aliud non sonat, quod intus amant.* Merito ergo in Regula dicitur: *Alicui pius colloquii, ut sit comes itineris Christus;* quis talibus Christus delectatur. Et de iis quoque potest accipi eius dictum Matt. 18. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quod factis confirmavit, etiam Luc. 24. *Discipulis in Emaus eventibus, & de rebus bonis differentibus, se adiunxit.* Et in prima part. Annal. S. Francisci Wadings ad annum Christi 1212. num. 2. scribit: *Dum S. Franciscus insitisset, inter suos unumquemque, aliquid pii ex tempore dicere, iug. dixissent; Christum Dominum apparuisse in medio eorum, in specie pulcherrimi iuvenis, & singulos mirâ benignitate, & affabili dignatione benedixisse; ad quam celestem & repentinam visionem homines obstupefacti, extra se rapti supini ceciderant in terram.*

609. Ita Christo placet sermo pius. Quod etiam miraculis quoque declaravit Deus: ut enim S. Ephræm Syrus posset de divinis rebus agere cum S. Basilio, & Græcam linguam non nosset, eius peritiam divinitus ei collata est. Idem & S. Dominico Deus largitus est, concessâ illi peregrinæ linguæ intelligentiâ, quâ acceptâ, triduo piis de rebus cum altero disseruit. Quocirca mirum non est S. Do-



minicum, ex tribus, quæ in suæ disciplinæ requiebat alumnis, hoc primum posuisse: *Ut semper de Deo, vel cum Deo loquerentur.* Quantoperè autem placeant Deo pia colloquia, etiam inde apparet. Scribit Zacharias Bouerius in Annalibus Capucinarum: *Ad domum Caroli Filomarini nobilis Neapolitani, rus ad prædia sua curanda profecti, duos Capucinos Fratres. eo absente venisse, cumq; cum minimè offensus, spiritualia colloquia cum vxore miscuisse. Interea Carolus è rure, sub vesperum in vrbem rediens. cum primùm domini appropinquat, musicam harmoniam è domo erumpentem percipit. Miratur illi, quid intempestiva illa symphonia, eo præseruim absente portenderet: eoque magis admiratio augetur, quòd propius accedens, ea clarius ab eo audiebatur. Quapropter equo in stabulum ducto, oculos domus gradus conscendit, atque vbi in aulam peruenit, symphonicum chorum in vxoris cubiculo concinentem animaduerit: quòd amplius stupens statim cubiculum ingressus, bonos tantùm Fratres Capucinos cum vxore de rebus diuinis colloquentes offendit. Quomobrem suspiciose in voluptatem conuersa, quartus iis Cantor Musici accessit.*

Sed vti Deo placent pia colloquia, ita displicent profana. Narrat Taulerus in Institutione. cap. 28. Christum cuidam magno suo seruo apparuisse, & magno dolore quæstum esse, sex ob causas, quibus se à famulis in honorari dolebat; quarum secunda erat, quod in conuentibus & colloquiis, vana & inutilia tractarent, & eius vix, aut ne vix quidem mentionem facerent. Hoc declinantes primi socij, dum Parisiis ad Ignatium pedites tenderent, inquit Orland. li. 1. hist. Societ. num. 3. *In ipso itinere, vel ex Psalmis decantabant aliquid, vel de Deo agitabant inter sese dulcia colloquia, atque hac perenni vicissitudine leuabant radia itineris.* Sed hac in re maximè enituit P. Fabri ratio itinerum, quæ erat eiusmodi: *Quicquid videres, audiretq; laetum aut propter, erumpebat in voces confessionis ac laudis: cum villarum amœnitatem, agrorum fecunditatem, oliuetorum speciem, vinearum pulchritudinem, oculis peregrinando instrabat, erectâ protinus ad Deum mente. pro possessoribus ac Dominis gratias agebat, & pro iisdem petebat veniam: si forte sui Largitoris oblitus, vnde bona illa acciperent, non sentirent.* Et lib. 1. cap. 8. *Vi in loci cuiuspiam, vel fines, vel conspectum, vel etiam sermones venerat, sublatâ in calum mente, precabatur, vt eius loci Archangelus, ac singulorum incolarum custodes Angeli, ipsi boni ac propitij essent: ac multò magis, vt verus Pastor Iesus Christus, qui in eiusdem loci Templo degerebat, gregem suum protegeret. singulorum adesses calamitatis, peccato inhaerentes, itemq; moribundos, atque animas defunctorum eiusdem loci, quacunque demum difficultate, quavis sollicitudine & angore presens iuaret. Rogabat deinde vniuersis bonorum incrementa, peccantium nomine, veniam precabatur, addebat inuocationem Sanctorum, quibus locorum eorundem aliquod patrocinium esset, vt ipsi quòd nescirent atque negligerent incolæ, vel agendû gratias, vel postu-*

*landis necessariis auxiliis, vel perendâ veniâ, vice eorum exequerentur.* Et lib. 1. Hist. Societ. num. 29. de eo scribit: *Itinera velut optatissima nactus otia, & à ceteris curis atque occupationibus libera, ea tota piis cogitationibus, & sanctis precibus consume-*

*bat.* Secundum, quo molestiam itineris posse leuari ait Reg. 3. *Est lectio alicuius libri pij.* Meritò lectio pia leuat molestias, quia recreat. Est enim Dei ad nos locutio, vti eam appellant sancti Patres.

Sanè Eunuchus candacis Reginæ Æthiopum, Gazæ Reginæ Præfectus, vti habemus Act. 8. 27. 28. Hierosolymâ rediens, quòd profectus erat adotationis causa, vti nunc ibunt Patres Tertij anni, sedebat in curru, legens Isaiam Prophetam. Quòd S. Chrysostomus hom. 19. in Act. 3. de Lazaro sic ponderans, docet, quid nos Religiosos, & domi, & in talibus itineribus facere debeat: *Si in via, inquit, præstitit diligentiam, cogita qualis fuerit domi versans: si tempore profectiois non sustinuit absque lectione manere, multò minus domi sedens: si nihil intelligens legebat, nec desistit à lectione, multò minus postquam didicerat.*

Et hoc exemplo ibidem excitans Religiosos, subdit: *Hinc ediscant, nullum esse tempus ad diuinorum eloquiorum lectionem incommodum, sed fieri posse, vt non solum domi, verum etiam in foro versantes, & iter facientes, & in multorum cœtu agentes, ac variis negotiis impliciti, horum studio teneamur.*

Sanè cum in itinere molesta multa accidant, rectè Regula ad leuamen molestiæ sacram lectionem proponit, quia ea oblectat lectorem & auditorem. Vnde ait S. Chrysostom. hom. 69. in Matth. *Monachos diuinis libris affixos iucundissimè affici, & ad imitationem apum, satrorum librorum sauis circumuolantes, magnam inde voluptatem solitos capere.* Exactus fuit hac in re S. Carolus Boromeus, qui etiam equitans, visitando Diocesim, legebat, habebatq; appensum sacculum ephippio, libris aliquibus plenum, quos per vices legebat, vt in eius vita scribit Iulianus.

Alterum, quòd erga comitem itineris præstari debet in peregrinatione, est cura ne fatigetur, & vt fatigatus subleuetur, quod Reg. 6. sic prescribit: *Qui maioribus pollet ad viam peragendam viribus, eos qui sunt infirmiores, subsequi & non precedere debent: & iter cuiusq; diei horum debilitum infirmitate commensuretur. Quòd si quis viribus destitueretur, iumento aut aliâ ratione iuuari debet: quâ in re non qualitatibus personarum, sed necessitatibus & charitatis fraterne ratio est habenda.* Hoc præstiterunt S. Xauiero eius socij, qui cum eo Venetias ad Ignatium tendebant; postquam enim non valuit iam mouere vestigium, hortati sunt, vt quàm commodissime interquiesceret, & vbi satis quietissime visus est, & aliquid recepisset virium, pederent eum ad proximum hospitium detulerunt: vti scribit Turfellin. in eius

611.  
Ambr. l. 1.  
Off. c. 20.  
Hier. ep.  
22. & 41.  
Aug. s.  
112. de  
temp.  
Cl. gr. 27.  
Ibid. Hist.  
l. 3. sent.  
c. 7.

612.

613.

614.

615.

616.

617.



vita lib. 1. cap. 4. Et dum ab Ignatio, ex Vrbe etiam ad remotissimas terras mitterentur socij, inquit Ribad. eius vitæ lib. 3. cap. 5. *Imbecillus qui maximè in ambulando erat, antecedebat alios, vt quòd ille poterat, ad id se valentiores accomodarent. Ne (vt eadem de re scribit Orland. hist. Societ. libr. 3. num. 54.) valentiorum præcurrente vestigio, cogeretur imbecillior ambulare contentius. Id docuit & S. Augustinus in Plal. 90. con. 2. init. Si celeriores sunt, intueantur, quia cum tardioribus ambulant viam. Quando autem duo comites vnã viam ambulant, quorum vnus est celerior, alter tardior, in potestate celerioris est, vt cum illo ambulet tardior, non in potestate tardioris: quia si velit celerior tantum facere quantum potest, tardior illum non sequitur. Opus est ergo, vt celerior refranet celeritatem suam, & non relinquat comitem tardior.*

614. Tertium, comiti in peregrinatione exhibendum est, curatio infirmi & modus curationis: quæ ita commendat Reg. 7. *Si quis in morbum incideret, ita vt vltius progredi non posset, nec expediret ibi Religioso moram trahere, si vicinum est Collegium aut Domus Societatis, eo esse eger (si modò morbus patitur) deducendus, vt consolationi ei sit & auxilio, ego autem viribus restituito, ceptum iter ambo proseguantur.*

615. Hæc Regula initium habuit à præscripto S. P. N. Ignatij, quod describit Ribad. lib. 3. cap. 5. eius vitæ: *Dum socios ex Vrbe ad fundanda Collegia mitteret, præcipiebat, vt si quis morbo forte aliquo impeditus, prosegui iter non posset, pro morbi conditione ad breue quidem tempus reliqui omnes consisterent; sin diuturnior fore videretur, vt vnus certè remaneret, qui ad agrotum subleuandum aptissimus videretur.*

#### CAPVT QVARTVM.

*De modo in peregrinationibus seruando, quoad victum comparandum.*

616. Regula 4. præscribit, vt victus quærat per Remedicandas eleëmofynas ordinariè, vel per oblatam vltro hospitalitatis beneficentiam. Quoad mendicationem eleëmofynarum Regula 4. talis est: *Eleëmofynas simpliciter pro Christi amore petant; hoc est primum punctum Regulæ. Secundum est: Vt omni spe illa abiectâ, quam in pecuniis, & rebus creatis habere possunt, integrè verâ cum fide & ardenti amore, eam in suo Creatore ac Domino constituent. Tertium punctum est: Memores à Christo Domino Apostolos sine sacculo, & perâ missos: ipsum etiam Dominum non habuisse vbi caput reclinaret. Quartum punctum est in Regulæ 5. initio expressum: Indigentia se & penuria rerum corpori necessariarum probari exoptent.*

617. Quoad primum punctum, si eleëmofyna petenda est pro victu peregrinationis, sequitur sine pecuniâ non emendicatâ è domicilio disc-

endum esse ad peregrinationem. Et quia fieri posset, vt certò aliquo in loco tantum daretur eleëmofynæ à notis, quantum satis sit pro toto reliquo itinere, non censerem amplius petendam eleëmofynam, vbi speraretur copiosa danda: nisi fortè ad exercitium mortificationis & confusionis.

In hoc puncto nil occurrit dicendum, quàm ne erubescant Christi famuli, ad exemplum Christi, mendicare, & ad exemplum B. Virginis & Apostolorum. Quod S. Franciscus in sua fufiote Regula cap. 9. sic suis commendat: *Cum, inquit, necesse fuerit, vadant pro eleëmofynis, & non verecundentur, quia Dominus noster Iesus Christus Filius Dei viui omnipotentis, posuit faciem suam ad petram durissimam, nec verecundatus est, & fuit pauper & hospes, & vixit de eleëmofynis: ipse & Beata Virgo, & Discipuli eius. Quando facerent eis homines verecundiam, & nolent dare eis eleëmofynam, referant inde gratias Deo, quia de verecundiis recipient magnum honorem, amè Tribunal Domini nostri Iesu Christi. Ita Wadingus tom. 1. Annal. S. Francisci ad annum 1210. num. 2. pag. 54. cap. 9. §. Omnes Fratres, Et in breuiori Regula ab ipso Christo ei dictata, & coram Fratre Helia, ac sequacibus ei obfistentibus iterum sensibilibiter confirmata cap. 6. dicitur: *Domino famulantes vadant pro eleëmofyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hac est illa celsitudo altissima paupertatis, quæ vos charissimos Fratres meos, barones ac Reges Regni celorum instituit, pauperes rebus fecit, viriutibus sublimauit. Extat hæc Regula tam alibi, tum apud Wadingum loco cit. ad annum 1223. Quòd autem à Christo ipso dictata sit, ita vt quodlibet verbum, quod in ea scriptum est, à Spiritu Christi fuerit S. Francisco inspiratum, ipse Christus reuelauit S. Brigittæ Hierosolymis, vt videri potest lib. 7. Reu. S. Brigittæ cap. 20. & apud Wadingum loco cit. anno 1223. num. 8. & 13. Hæc Regula primum ab Innocentio III. approbata est, deinde ab Honorio III. anno 1223. Quod suum vel potius Christi Domini præscriptum ipse Franciscus executus est. Nam, vt ait Marianus cap. 5. §. 6. & ex eo Wadingus loco cit. anno 1210. num. 45. Primus ipse, & altoquin solus, ibat mendicatum ostentim, caterorum parcens verecundia, quos adhuc offerrebat seculi affectionibus detineri. Et cum Romam venisset, Regule confirmationem à Papa quaesturus, inuitatus ad prandium (inquit Wadingus ibidem anno 1223. nu. 15.) à Cardinale protectore: non prius mensam adiit, quàm aliquot frustula panis per viciniam mendicasset, quæ deinde recumbens, ex manicis extracta reposuit, capitq; de eis comedere, & inter mensæ assistentes diuidere, qui magno pietatis affectu porrecta manducauerunt. Cum autem è mensa consurgerent, & in cubiculum secederent, subridens & amplexatus vnum Dei, inquit Cardinalis: *vt quid vir bonæ domus meæ & honori iniuriam hanc fecisti, vt mecum pransurus, alunde panis fragmenta colligeres, & in mensa reposueris?***

Respon-



Respondit: Immo verò magnum tibi honorem detulidum maiorem quam tu sis honoravi Dominum, siquidem Domino beneplacitum est in paupertate, & eam maximè que voluntaria est. Mibi itaque statui dignitatem hanc Regiam, quam pro nobis Dominus Iesus egenus factus assumpsit, ut suam nos ditaret inopiâ, & heredes institueret Regni celestis, nullo modo relinquere pro vsu falsarum diuitiarum ad breuissimum tempus concessit.

618. Hoc omnium maximè, inquit S. Basilii Reg. 8. fol. Similitudinis, quam cum Christo habere debemus, initium, quia ipse cum diues esset, egenus factus est propter nos. Quod ipse S. Franciscus faciebat, hoc & à suis fieri curauit. Refert eius hac de re exhortationem, & factum quoddam Wadingus loco cit. anno 1210. 45. & 46. quæ ad illustrandum hoc punctum faciunt. Congregatos enim suos Fratres in vnum, hac hortatur collatione: Carissimi Fratres & filii mei, nolite recundari ire pro eleemosyna; quia Dominus se pro nobis fecit pauperem in hoc mundo, cuius exemplo elegimus viam verissimam paupertatis. Si enim pro suo amore viam paupertatis elegimus, non debemus confundi pro eleemosyna ire. Artham celestia hereditatis erubescere, nequaquam conuenit Regni calorum hereditibus. Hac est enim hereditas nostra, quæ acquisiuit & reliquit nobis Dominus Iesus Christus, & omnibus, qui suo exemplo viuere volunt in sanctissimâ paupertate. Itē ergo confidenter & animo gaudenti pro eleemosyna cum benedictione Dei. Quibus perceptis verbis humiles Discipuli, ad Patris nutum letantes ibant per vicina loca & castra, pro amore Dei petentes, quæ iubebantur, hilarioresq; in reditu coram S. Patre conueniebant, iactantes alterutrum se plus alii pro amore Dei collegisse, ob quorum sanctam & simplicem emulationem, magnopere laetabatur S. Pater. In festu quoque præcipu, ubi opportunitas aderat, mendicare solitus erat, dicens; in sanctis pauperibus propheticum illud impleri: Panem Angelorum manducauit homo, illum sanè panem Angelorum esse dicebat, quem pro Dei petitiu amore, & beatis suggerentibus Angeli pro ipsius caritate largitam, sancta pauperas collegit ostiatim.

Quocirca huius exemplo & nos non erubescamus mendicare, præsertim cum domestica habeamus exempla. Nam primo S. P. N. Ignatius Hierosolymam iturus, viaticum ostiatim emendicauit Barcinone, vnde cum ad Caietam appulisset, & inde Romam, totum reliquū iter, etiam Hierosolymitanum, & in Hispaniâ, mendicando peregit; ut scribit Ribad. libr. 1. cap. 10. Sed antequam excessisset ex Italia pergens in Hispaniam, ut scribit Ribad. libr. 1. cap. 12. Ferrarie quicquid habuit pecuniola, scilicet quindecim sedecimque nummos argenteos pauperibus elargitus est in templo, ex quo exigens, mendicare ipse & refugio cepit panem, quo eo ipso die vesceretur.

619. Sic etiam Compluri Philosophiæ dans operam, ostiatim ex more panem in victum mendicabat, etiam egenos fameque pressos, con-

quisitis vndique eleemosynis alens, ipse in Xenodochio pauperum habitans; teste Ribad. libr. 1. cap. 14. Parisiæ literis dans operam, in hospitali D. Iacobi domo manens, ostiatim victum quotidie querebat, quod ipsi vsitatum erat, & per se iucundum. Sed cum id multum impedimenti studiorum progressibus adferret, in Belgium annis singulis ibat, & ab Hispanis mercatoribus, hominibus copiosis, qui in illa Prouincia negociabantur, aliquid in sumptus pecunia corrogabat, quantum ad vitam sufficeret frugaliter sustentandam. Ita libr. 2. c. 1. Ribad.

620. Parisiis, ob infirmitatem reuersus in patriam, natiuo aere sanitatis quaesituros remedium, ut ad fratrem suum diuerteret, adduci nullâ ratione potuit, sed in publico hospitali, diuersatus domo, stipem ostiatim colligebat, multum repugnante fratre, qui cum coegisset Ignatium, ut inde eques, ac bene nummatus comitatusq; discederet, cum digressi comites essent, sineq; illius Prouincia ipse excessisset, equum reliquit, pedibus, pecuniâq; vacuus Pompeiopolim primum venit, sum Almazanum, Seguntum, Toletum paragravit, ut negotia sibi data ab sociis ageret. Quibus cum illorum Parentibus ita transactis, ut ne obulum quidem, ab illis vltro etiam pecuniam liberaliter offerentibus acciperet; hac ratione Valentiam, Genuam, Bononiam venit, ubi totam ciuitatem obambulans, eleemosynamq; petens, qui teruncium, aut panis frustulum sibi darent, inuenit neminem. Hac omnia Ribad. l. 2. cap. 5. Veneriis dum morabatur, vetere suo instituto, inquit Ribad. l. 1. c. 10, stipem cogebat.

621. Sic S. Xaerius cum Bononiam venisset, electusque ei magna pecuniæ vis eleemosynæ nomine collata, ille ne teruncium quidem attigit, sed eam in pauperes diuisâ, ipse ostiatim sibi victum quaeritabat. Turfell. libr. 1. cap. 7. vitæ eius. Idem, ut scribit Turfell. libr. 1. cap. 12. Cum in indiam proficisceretur, etsi Rex Magistratus iussisset omnia illi suppeditari, ipsiq; offerret omnia, Franciscus tamen præter centonem, seu vulgarem lacernam, ad arcenda summa hyemû frigora, paucosq; libellos, nil accepit, nauim conscendit, non alio viatico quam Dei fiducia instructus. Et libr. 6. c. 7. describens paupertatem Xaerij Turfell. ait, victum eius tenuè semper fuisse, eumq; aut precario quaesitum, aut eleemosyna nomine vltro delatum, Immo etiam in Goano Collegio, ubi vltro omnia suppeditabant, mendicato victuasse cibo. Nec terrâ solum sed etiam mari sine viatico & comitatu iter fecisse. In nauî verò cum iam esset Summi Pontificis Nuncius, nulla neque primariorum hominum, nec Pratoris ipsius precibus, deduci à precario victu vestituq; potuit, quippe non solum alimenta, sed etiam calceos, indusia, ceteraq; necessaria, à militibus clastariis, Christi nomine mendicare, quam à Pratore, Pratorisq; comitibus vltro accipere malebat.

622. Sic etiam socij cum Ignatio manentes Ventiis (vti in præteritis itineribus fecere teste Ribad. libr. 2. cap. 7.) bû quotidie oppidum ad victum querendum ingrediebantur, & quàm tenuissimum referrebat. Vix enim panis quantum ad vitam toleran-



dam satis esset habebant, cui si olei aut butyri paululum accessisset (quod tamen rarissimum erat) id in deliciis numerabant. Ex tribus vnus domi manebat ad panem durum, mucidumq; aqua macerandum. Ita Ribad. lib. 2. cap. 8. Inmō Venetiis cum non possent tantum panis precario acquirere, quantum necesse esset, pro tribus eorum sustentandis, etiam à vicinū pagis victum mendicare cogebantur, inquit Ribad. lib. 2. cap. 10. inquit. Vbi addit postea omnes socios, inde digressos ad varia loca victum mendicasse ostratim, vbi manebant & concionabantur. Idem Venetiis relicto Ignatio Romam euntes, vt scribit Orland. lib. 2. hist. Societ. num. 4. Faciebant iter emendicato parca cibos; tantum autem cogebant cibi, de crastino nil solliciti, quantum presens necessitas compellebat. Porro ad Adriatici maris oram, inquit idem num. 5. biduum triduumq; sine vilo serē cibo (neque enim locus vllus vbi corrogare stipem possent Rauenam vsque se obtulit) exegerunt, deficientibus prae labore viae, cibiq; desiderio corporibus, cum tamen aliorum quisque magis, quam suis incommodis auergeretur. Vide ibi plura hac de re, etiam numer. 6. 7. 8. 9. omnino legenda sunt Patribus Tertij anni ante iter. Postquam autem vniuersi socij Romam conuenire ad Ignatium Societatem fundaturi, in domum & vineam. Quirini Gurzonij recepti, ibi magnā egestate, pane in diem quæsito viuiebant. Ribad. lib. 2. cap. 13. inquit.

623. Constituta iam Romæ Societate, dum socij ab Ignatio etiam in remotissimas terras mittebantur ad fundanda Collegia, mendicato viuiebant, in hospitali pauperum domo, vbi eius erat copia, dormiebant, si quando vel victus ex elemosynā deesset, vel lectus, tenui aliquā pecuniolā se sustentabant, in eum ipsum finem referuata: vt auctor est Ribad. scribens lib. 3. c. 5. de missis nostris ab Ignatio ad initia Collegiorum Conimbricensis in Lusitania, & Goënsis in india Orientali.

624. Quoad secundum punctum Regulæ 4. Vt omni spe abiectā, quam in pecuniis & rebus creatis habere possunt, integrè verā cum fide, & ardenti amore, eam in suo Creatore ac Domino constituent;

Hic præscribitur Primò, vt spes in Deo collocetur loco pecuniæ & rerum creatarum.

Secundò, circumstantiæ huius spei ponantur tres: Prima, vt integrè, id est, totaliter speretur in Deo. Secunda, vt id verā cum fide fiat. Tertia, vt ardens amor Dei accedat.

Tertio, præscribuntur duo solatia & excitatio ad spem, & quòd peregrinorum Deus sit & Creator & Dominus.

625. Quoad spem; meritò sperandum est in Deo peregrinis duas ob causas: Primò, Quia promittit Deus auxilia sperantibus in se. Omittit gratiam, loquar de iis, quæ ad victum spectant. Nolite, inquit Dominus Matth. 6. 31. solliciti esse, dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: hæc omnia adiciuntur vobis. Ideo S. Augustinus de Orat. Domini: Non potest, inquit,

quotidianus cibus deesse iusto, cum scriptum sit (Prou. 10.) non occidet Dominus fame animam iusti. Et iterum, iunior sui etenim senis, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius panem querens. Et cum sint Dei omnia, habenti Deum, nihil deerit, si Deus ipse non desit. Et lib. de Element. Tu Christiano, tu Dei seruo, tu bonis operibus dedito, tu Domino suo caro, aliquid existimas defuturum: an putas qui Christum pascit, à Christo ipse non pascur? an putas terrena deerunt, quibus caelestia & Diuina triuuntur: vnde hæc incredula cogitatio: quid facit in domo Dei perfidum peccator? Atque ita in promissa veritatis nemo dubitet: sic homo qui esse debet, & mox addentur ei omnia, propter quem facta sunt omnia.

Præclarum hac de re Deus infudit lumen P. Balthasari Aluarez Romam ad Congreg. Procuratorum ituro, quod refert P. Ladouicus de Ponte in eius vita cap. 25. vbi omittis aliis, quæ ibi recenset, subdit: Cum magno, inquit, verborum pondere dicere solebat (P. Aluarez) excelsum & compendiosum nostrarum necessitarum, remedium esse, diligere Deum: & procurare diligenter, illi placere. Nam sic posse nos illi fidere: aded enim ipse iustos diligit, vt nolite eos esse sollicitos, aut curam habere de suis commoditatibus, sed vt totam suam curam in eum coniciant, quam ipsemet illorum Dominus gerit: Et proprie reà illis dixit (Matth. 6. 33.) Quærite primū regnum Dei, & hæc omnia adiciuntur vobis. Si quem habetis amicū aded vobis addictum, vt in vestri gratiam vestiret holoserico vestros famulos, eisq; splendida exhiberet conuiuia: quod dubium vobis posset superesse, an vellet ille tantundem vobis prestare si indigeretis: non certe. at hoc est, quod dixit Christus Dominus noster, (Matth. 6. 28.) Si Pater vester caelestis hinc agritari pulchritudine vestit, vt nec Salomon in sua gloria, sic fuerit cooperatus; & si auiculas ipse alii in obsequium hominis, an dubitare licebit, idem ipsum præstiturum vobis, si ed indigeritis? O modice fidei homines! ista enim animi defectio infidelium potius est propria, quam Christianorum. Scit enim Pater vester caelestis, quia his omnibus indigetis.

Secundò, sperandum in Deo, quia promissiones suas, factis & collatis auxiliis omni tempore confirmauit, Nā in Deut. 10. 18. dicitur: Deus magnus & potens amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum, & vt omittam alia antiquiora exempla, Primū sit Apostolorum & Discipulorum Christi, quibus ipse Dominus dixit pridie mortis suæ Luc. 22. 35. Quando missi vos sine sacculo & perā & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis: illi dixerunt nihil. Id experiantur omnes postius qui sperant in eo, & illi magis, qui magis sperat in eo, & minùs in creaturis: Sperate in eo omnis congregatio populi; ait David Psal. 61. 9. Quis enim sperauit in eo, & confusus est: Omnis locus quem calcauerit pes vester erit. Deut. 1. 24. Pes vester, inquit S. Bernard. hæc loca Scripturæ ponderans scri. 15. in Psal. 90. Vtique spes vestra est: & quantumcumq; illa præcesserit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, vt firma sit, & non titubet. Agnouit & Plato hanc



hanc Dei erga peregrinos benevolentiam. Nā dialogo quinto de legibus scripsit: *Ad peregrinos sanctissima esse fœdera quisque cogitet. Fœrē enim omnia peregrinorum & contra peregrinos à civibus peccata. vltori Deo magis cura sunt. Nam cum peregrinus amicis cognatisq; careat, maiorem & apud Deos, & apud homines meretur misericordiam. Quare qui magis vltisici potest, (scilicet, Deus) is ad ferendum auxilium est paratior.*

Ideo quādo humana media nulla sunt, Deus miraculosè suppeditat necessaria suis Peregrinis: sic fecit Iudæis in deserto, sepiùs providendo & manna, & cothuenices, & aquam è saxo durissimo Exod. 16. num. 11. Sic pavit Eliam per coruam auem voracem 3. Reg. 17. Sic alios seruos suos sepiùs inē, & olim, & nunc, quando opus est, pascit. Ideò S. Franciscus, vti scribitur 1. par. hist. Franci. lib. 1. cap. 36. suis peregrè ituris, nullum viaticum dabat, præter illa verba Pl. 54. *Isaia super Dominam curam tuam, & ipse te emuliet.* Duo aut tres sic semel missi, nil secum habebāt, nil quoque inuenire poterant, cum verò tristes eundo incederent, viderunt Angelum iuuenis specie. Quibus ille: cur ita Fratres tristes estis? responderunt: Quia nihil ad comedendum habemus. Tunc Angelus: o modicæ fidei, cur non credidistis verbis Patris vestri? & fidistis Deo? comedite: Et obtulit eis duos panes lapidissimos: in pœnam, inquit, Deus diffidentia vestra permitit, ne etiam panem inueniretis, cum nec aues sine cibo relinquat.

Quia verò S. Didacus sperabat in Domino, cum quadam die venisset cum socio ad locum, peregrinando, iussu Superiorum, nec haberet quod comederet, & inuenire non posset, inuenit in prato pulcherrimo mappam candidissimam expanam, duos quoque panes super eam positos, & duos pisces, & ad condimentum piscium ac saporem, duo mala aurea præstantia, & vinum valde suauē. Sic & nostris duobus Fratribus orante P. nostro Bernardo Realino prouidit Deus prandium & cenam cibis & potu præstantissimam, comesturis in vinea Collegij Aletini, allatam per Angelos, etsi humano modo eam ex Collegio habere potuissent, honorante Deo spem magni serui sui Realini, sub cuius superioratu non semel Deus Collegio illi, distribuo pane prouidit, repente submissis panibus ad finem matutini Examinis. Sic & in Domo Professa Romana, dum P. Vincentius Breuans obiret locum Vice Præpositi, & feriâ ferat pro collatione abstinentia panis deesset, miraculosè multiplicauit panem, vti ab oculato teste, socio tunc dispensatoris Laurentio Flaminio Romæ audiui. Noui ego & alios in Societate Superiores, quibus Deus in variis Societatis domiciliis, similia beneficia præstitit, augendo miraculosè necessaria, pro sustentatione corporis. Præclara sunt huius rei exempla in vita P. Iosephi Anchieta lib. 3. p. 127. & p. 232. & lib. 2.

p. 176. fia. Cum enim à S. Vincentio octo leucis confectis, Breuiarium à socio peteret, & is illud oblitus esset, in S. Vincentio, & pro illo redire vellet, Pater fretus suā in Deum fiducia, eius sibi auxilium non defuturum, puerum redire non permisit, compendio suæ spei redimens incommodum tantum. Confecto itinere ecclesiam ingressi persolutaque de more piâ Numinis & SS. Cælituum salutatione, Patrem vident ex altari Breuiarium accipere, ex eoque debitas exoluere preces.

Sit ergo spes, vti dicit Regula, integrè fixa in Deo, habeat adiunctam fidem, quā credamus Dei verbis & promissionibus auxilia offerentibus, & amorem erga eum ostendamus, propter illum subeundo labores, & incommoda, & molestias omnes peregrinationis; succurret nobis in necessitatibus nostris, quia Creator noster est, ob quem respectum etiam aues, quæ non serunt, neque metunt, pascit. Et cum sit Dominus noster, alet seruos suos, quia diues est, & bonus est; & scit officium esse Dominorum, seruis suis domesticis suppeditare cibum, & potum & necessaria omnia.

Quoad tertium punctum, Regulæ 4. Exemplo Christi & Apostolorum confortemur ad toleranda incommoda peregrinationis. Nam cum simus Christi serui, & Apostolorum socij, eisdem Duci olim militantium, si Christus non habuit vbi reclinaret caput, si Apostoli sine saculo & pera missi sunt, ideoque multa passi, nec nos decet optare, vt tractemur melius, quin potius malè Christi & Apostolorum exemplo ad imitationem proposito.

Quoad quartum punctum, Exoptemus probari indigentia & penuria rerum corpori necessariarum. Tale desiderium erat in primis nostris Patribus, vti supra vidimus, quibus addi potest particula Epistolæ à S. Xaeruo ex Iaponia scriptæ ad socios Goanos: *Quæro vos, inquit, Fratres carissimi, vt me in agendum Deo gratis pro tanto beneficio adiuuetis. Iam singulari Dei munere Iaponiam peruenimus, vbi summa est rerum omnium inopia, quod equidem in maximâ Diuina providentia beneficiis numero. Eundem affectum in eo demonstrant literæ ex Maurica Insula ad socios Romanos scriptæ lib. 2. e. pist. 6. Terra, inquit, est aspera, & sterilis alimentorum frumento & vino caret: caro quid sit, serè incole ignorant. Nulla enim apud eos armenta, nulli greges, præter paucas admodum sues, quas mirari magis, quàm gustare licet, apris abundat; aqua dulcis magna inopia &c. Hac vobis Fratres carissimi ed scripsi, vt sciatis quantoperè hæc Insula caelestibus affluant gaudiis. Nimirum hæc omnia pericula atque incommoda Christi Domini nostri causa suscepta, thesauri sunt, caelestibus solatis refertissimi. Sic prorsus vt hæc Insulas, appositas esse credas ad lumen oculorum, pascentes animum, ex suauissimi stetus suauitate perdendum. Equidem nunquam tam liquidâ perpetuaq; animi voluptate me persusum esse memini, nec tam te-*

628.

629.



inter labores omnes, & arumnas corporis pertulisse; quanquam insulas concurarem cinctas inimicis, cultas ab amicis non fidelissimis, easdemq; omnibus vel morborum subsidiis, vel vite tuenda praesidiis atque adiumentis desituras, vt Diuina spei, quam Mauri Insula appellanda potius esse videantur. De sociis S. Ignatij Romam Venetiis missis ab eo, scribit Orland. lib. 2. num. 4. Faciebant iter suis pedibus, omni subsidio itineris spoliati: paupertas ad eos suavis erat, vt eam sine multis magnisq; incommodis, nullam ducerent.

## CAPVT QVINTVM.

De modo quo peregrinatio hac obuen-  
da est.

630.

**H**ic explicatur Regula 8.9. & 10. Nimirum, vt in hospitibus, ad quae, vel hospitalitatis titulo fuerint inuitati, vel ipsi ea elegerint, vt & in Domiciliis Societatis, si ad ea diuerterint, curent. *Primò*, verbis & Religioso exemplo hospites adificatos in Domino relinquere. *Secundò*, nominatim vt sobrietatis in mensa, & modestiae in conuersatione nunquam obliuiscantur. *Tertidò*, vt de rebus aut personis aliorum Collegiorum, aut Domorum, nil loquantur, aut tractent nisi ad adificationem. Omnia haec summè necessaria, nec indigent explicatione, quia de necessitate eorum nemo dubitare potest. Et, si feruentur, maximus erit fructus peregrinationis spectans ad secundum caput fructuum supra commemoratorum, dum agerem de Fine peregrinationis. Tali enim ratione agendi cum aliis, praeter magnum meritum sic agentibus, praeter magnam opinionem de Ordinis nostri sanctimoniam, quae tali agendi modo conciliatur, valde iuuantur animae proximorum.

Idem cum S. Franciscus accepto socio, dixisset, se velle exire ad concionandum, & egressus nil dixisset vlli, sed tantum modestè per plateas incessisset, & in templo deuotè orasset, domum rediit: interrogante autem socio, cur non esset concionatus: respondit, se concionatum esse, nõ verbo sed exemplo modestiae. Rectè respondit. Nam, vt ait S. Valerianus Episcopus hom. 17. de bono Martyrij: *Cirò sedet animis quòd docetur ex-  
plicit.* Est enim, inquit Clemens Alexandrinus l. 1. Pæd. cap. 1. *Exhortatoria vniuersa Religio, piusq; Dei cultus, vt qui vita hic rectè agenda, & futura desiderium menti cognate ingeneret.* Quocirca etli pij sermones adhibendi sunt, ad adificationem tamen magis persuadebunt bonae nostrae conuersationis exempla. Itaque, vt monet S. Hieronymus lib. 2. con. Iouin. *Licet sermone taceamus, habitu loquamur & gestu: habent bona exempla vocem suam.*

Ideo benè P. Petrus Faber (vti scribit P. Cofalsuus in Diario S. Patris pag. 354.) verba diui-

debat, in verba verborum, verba cogitationum, & verba factorum. Per quae intelligebat, verba bonorum exemplorum, quae citius persuadent. Vt enim dixit Seneca epist. 6. *Semper amplius credunt homines oculis, quam auribus: scilicet bonis exemplis, quam pulchris verbis.* Et ita Christus Dominus tradens quatuor modos S. Terefiz, per quos eius Ordo esset conseruandus in sua puritate, quartum modum hunc dedit, vt magis docerent operibus quam verbis.

Excelluit hac in re ferè non audito exemplo noster S. P. Ignatius, de quo scribit Cofalsuus in citato Diario pag. 9. seu pag. 353. *Vna, inquit, ex rebus, quae in nostro Patre plus resplendebant, erat dominium passionum internarum, & motuum externarum quo adificabat, & conuincebat ad eos, qui cum eo tractabant, vt hoc solo traxerit ad Societatem personas insignes.* Hac ratione se subiecit Patri, Doctor Michael Torres comedendo aliquoties Roma cum Patre. Ita traxit Patrem Natalem, Madridium, & multos alios, sine aliis persuasionibus, tantummodo quem tenebat ad mensam in comedendo, & loquendo cum ipsis. Pondera singula. Talius concionum quotidianam occasionem, suppeditabit haec peregrinatio. Sic nostri primi Patres concionabantur in itineribus, & in diuersis locis quotidie, cum fructu spectatorum. Hinc ortum est illud dictum cuiusdam, quod instar varicini refert Orlandinus lib. 1. num. 109. dictum à quodam rusticano homine, militibus Gallis inquentibus à nostris de eorum patrijs: *Mitte, inquit, istos, qui ad Provinciam aliquam reformaturi contendunt.* Visa enim eorum modestia in incessu, in sermone, in habitu, & gestu, iudicauit tales ita probos esse & pios, vt sufficerent aliis quoque ad meliorem viuendi rationem tradu-  
cendis.

Hanc quoque ob causam P. Paschasius vnus è primis sociis, vt scribit Sachinus 2. par. hist. Societ. lib. 6. num. 96. In itineribus cum ad diuersoria peruenerat, in secretam aliquem abdere se locum solebat, ac flexis genibus, aperto capite Sacerdotale Officium, ante omnia exequi solebat, tantà contentione & caritate, vt vultus ipse ardere videretur. Vide lib. 1. hist. num. 131. De Patris Alvarez cap. 25. vitæ, pag. 283. fin. in itinere dicitur: Quoniam rara praebat sanctitatis exempla, effectit Deus vt illum honorarent, ac venerarentur. Sic aliquot ex primis sociis, cum Venetiis Romam praemitterentur ab Ignatio, inquit Orland. lib. 2. num. 4. *In hospitio mendicos, in itinere viatores instruebant.* Sed inter alios hac in re excelluit P. Petrus Faber, de quo Orland. lib. 3. hist. Societ. numer. 29. scribens de ratione eius itinerum, haec habet. *Inser coniuunctionem cum Deo atque calitibus, nullas praetermitterat occasiones serende pietatis. Indagabat vias omnes omnibus consulendi, & quocumque ingrediebatur, omnem sermonis occasionem intentà mente captabat, quin interpestiva se nonnunquam taciturnitatis accusans, cuius vitio*  
plurima



plurimum saltem bona fieri desinerent, que facta ab hominibus salutem parerent, statuit in posterum accuratius interiori parere voci, & momentum spiritum exaudire, nunquam ut verbo parceret, sed in omni congressu, atque conuictu in circulis, ac conuentibus, in templis, ac foris in domibus atque viis, in conuictis & itineribus, ex Gregory magni precepto, curaret, quae singulis diceret, & quemadmodum vnquam, moneret, ut quisquis ei se iungeret, aut cui ille se adiungeret quasi & salu factu aeternae vitae sapore condiretur. Bellissimum dicebat esse, & nostri Ordinis proprium, relinquere in omnibus domibus, & hospitibus, quod diuertimus, vestigium aliquod sanctitatis. Vbiq; enim consulendum hominibus esse, vbiq; plantandum, vbiq; colligendum, cum debitoribus finis omnibus, & vbiq; nos spectet Deus, cuius famulos, & administratos esse nos voluit. Idem committendum non esse, ut frustra aliquid ad notitiam nostram conspectum, perueniat: quia Christus, quem sequimur, nihil in se frustra, & inane permisit, non rei cuiusquam aspectum, non vocis auditionem, non iter vllum, non ingressum, non statum aut sessionem, eandemq; cum quopiam diuerteret, non temere, ac frustra, sed consilio, ac ratione ad hos potius, quam ad illos, & oculos, & itinera direxisset, nec frustra, ac sine causa modo maritimum, modo terrestre tenuisse iter, modo foris, modo domi, modo solum & secum ipso, modo inter homines, & cum hominibus voluisse versari. Quemadmodum igitur nihil in eius actionibus inane fuit, nihil superuacuum, nihil redundans; ita nihil in nobis deprehendi debere inane, nihil quod causa, fructusq; vacaret. Illud addebat, ad praesumendum castimoniam, obstruendumq; aditus insidiatori nequissimo, dignissimum commemoratione preceptum. Cunctum in hospitibus ac diuersorijs non modo statim in ingressu ex precepto Christi pacem hospiti dandam, sed etiam pacem palam, ac libere profertendam, tum pijs de Deo sermonibus inferendis, tum religionis aperte colendis officijs, ut religiosi viri dum ita fama seruiunt, ceterosq; a flagitio sua probitatis opinione coercent, vna eademq; opera, & pudori suo consulant & alieno. Nihil enim nos uia continet in officio, ut edita iam virtutum exempla: nihil ita petulantiam hominum frangit, reprimat impudentiam, cupiditates imminuit, ut sobrijs hominis, & temperantis aspectus. Ea de causa Faber iure quosdam non tam re, quam nomine Religiosos accusat, quod non sine diaboli fraude in hunc rapiuntur errorem, ut pudeat coram iis, quibus sciam agunt, libere profiteri quod sunt, quod liberius illi, quicquid collibitum fuerit in aures castas eructent. Et sane in Apostolorum Principe obseruare licuit, quam Christum timide profiteri periculosum sit, dum Ioannem in Pontificis domo, quoniam notus erat, nullus latebris, illam vero adeo nuper animosum, quoniam latere volebat, vox ancille deuicit. Quod recte intelligens Faber, iam inde à principio imperauerat sibi, ne quid in conuentu hominum conueneret, ne quid dissimularet, sed perpetuis de Deo, deq; uitate colloquijs, quid profiteretur, ostenderet, ut nemo se praesente auderet, aut minus aliquid pudenter facere, aut mollem aliquem & delicatum inferre sermonem. Vide Cent. 2. n. 326. S. Chrysof.

Huius aedificationis studiosus S. Dominicus, cum sub vespertum siti vehementi ardens, oppido vel ciuitati, in qua pernoctaturus erat, esset propinquus, ne potu copiosiore, ad restinguendam sitim uti cogere, eoq; seculares ad sinistra iudicia procliuēs, offenderet, antequam ingrederentur locum diuersorij, sitim potu aquae extinguebat. Eandem ob causam suadet S. Bonaventura, ne Religiosi peregrini noctu cant per domum ad necessaria, sine lumine, quod eos ostendat quod eunt, & cuius rei gratia, ne daretur suspicionis secularibus occasio, sed ut filij lucis incederent, & ut monet Apostolus, ab omni specie malae abstinerent. Ideo consilium est ante noctem peruenire ad diuersorium, ne noctu cogantur quaerere hospitia, ac per angulos & tenebras vagari. Huius quoque aedificationis gratia suadet S. Bonaventura in spec. discipl. p. 2. cap. 4. Dum peruenitur ad hospitium, primo omnium adire templum, ut fecit Christus Matth. 21. die palmarum. Aedificationis quoque erit materia, si eo tempore, quo vel concionem, vel doctrinam Christianam absoluerunt, elemosynam non petant, & vltro oblatam non admittant, ne videantur eam tanquam stipendium quoddam accipere, quod nobis est valde veritum à Societate. Sic primi Patres nostri apud Ribad. l. 2. cap. 10. In concione nil petebant, nil post vltro oblatam accipiebant. Sic S. Xauius apud Turfell. lib. 3. cap. 7. Malacenses instruit, & Ioannem Durum socium in insulam ad breue tempus relegauit, vbi rescribit eum Franciscus commoditati seruientem, nummorum aliquid elemosynae nomine à Lusitanis accepisse. Ob hanc aedificationem P. Laynez anno 1551. in Concilio Tridentino quartana laborans, cum à Cardinali Tridentino ad salubriorem sui Episcopatus terram proficisci cogere, & Cardinalis ei lecticam offerret, modeste eam recusauit, sed equo vsus est. Eandem ob causam P. Claudius respondit P. Prouinciali Neapolitano anno 1598. Quod qui nisi lectica vehi potest, ad Congregationem Prouincialem sarius non veniat. Idem in Italia permitti noluit, vsu vmbellarum in itinere alteri quam Prouinciali & infirmis anno 1591. 13. Iulij Prouinciali Siciliae, & 1598. 15. Maij Prouinciali Mediolanen. scribens.

## CAPVT SEXTVM.

*Dubitationes quaedam circa res in peregrinationibus occurrentes.*

**Q**uari potest primo, an Religiosi tempore peregrinationis possint aliquas pauperibus dare elemosynas, & quantum?

Respondeo. Huius dubitationis resolutionem petendam esse ex communi doctrina Theologorum



gorum de Eleëmofynis Religioforum. Nam sine licentia vel exprefsa vel tacita seu præfumpta, non poffunt quicquam dare: quando autem præfunt de licentia tacita, tantum poffunt dare, quantum rationabiliter putant elle conforme Superiorum voluntati, fecus peccant contra votum paupertatis.

636. *Quæri poteft fecundo, an liceat Religiofis aliquid emere præter neceffaria ad victû & vsum itinertis?*

*Reſp.* pro perſonis Societatis extat de hac re Reſponſum tale P. Claudij datum anno Domini 1596. P. Ludouico Richeomo Prounciali in Gallia: Non licet, inquit, noſtris peregrè proficiſcentibus, quidquam ſine facultate Superiorum emere, in proprium vſum, præter victum & alia ad iter neceſſaria: quod ſi ſecus fiat, nil eſt quo excuſari poſſint, quod minus contra votum facere videantur.

637. *Quæri poteft tercio, Quis erit Superior itineris.*

*Reſp.* olim fuiſſe morem, vt primâ hebdomadâ eſſet is qui primo loco nominatus erat ab antiquitate in Religione, in patentibus, ſecundâ hebdomadâ, alter ſocius; terciâ is, qui fuit primâ hebdomadâ; quartâ, is qui ſecundâ. Ita primi noſtri Patres fecerunt. Nam cum Academias Italiae inter ſe diuiſere primi S. Ignatij ſocij, binis in ſingulis, alternis hebdomadis, vtrique ſocio in alterum poteſtas erat, inquit Rib. lib. 2. cap. 10. ſi tamen nunc aliter iubeant ſuperiores, iis obediendum eſt. Et nunc mos eſt, vt qui primo loco nominatur, in patentibus, præſit itineri & ſocio.

638. *Quæri poteſt quarto, qui vt hoſpites erunt in aliquo Societatis Domicilio, quomodo ſeruabunt Reg. 7. communem, dicentem. Nemo pecuniam apud ſe habeat?*

*Reſp.* Ad hoc P. Claudius anno 1596. P. Haſio Prounciali Rheni: Noſtri, inquit, iter facientes, quando breui tempore vt hoſpites manent in aliquo Collegio, non eſt opus vt pecunias deponant, apud Procuratorem Collegij, ſed poſſunt illas penes ſe habere, ſicut in itinere.

639. *Quæri poteſt quinto, quæ ſit ratio itineta peragendi, orando extra ſolita tempora quotidiana-rum Meditationum, ex aminum, vt præſcribitur Reg. 3. Peregræ?*

*Reſp.* Primum modum eſſe poſſe, extraordinariis temporibus orandi, illum, quem P. Faber adhibebat ex aſpectu villarum, oppidorum, vine-torum, templorum &c. quod ſupra commemorauit, ab Orlandino deſcriptum lib. 10. & 2. eius vitæ.

640. *Secundus modus eſſe poteſt eiufdem Fabri, iſque in ſe triplex quem deſcribit Orlandinus libr. 2. eius vitæ cap. 4. Hoc, inquit, perenne precatio-nis ſtudium alebat nimirum, ſouebatq; varietas: & erat illi quidem quotidiana contemplationis pabulum vita Chriſti: vbi enim mens eius verſaretur vberius? vbi iucundius: ſed ad pietatem multiplices alios, vel ex pia &*

accurata lectione, vel ex doctrinâ & aſſu S. Spiritus adiungebat orandi modos, præcipue autem tres, ſummè viles, eoſdemq; iucundos, quàm difficiles magis, quos ob eam rem optabat vt Confeſſarij ſuos quique aſſectas edoceret. Primus erat à Litaniis, quas aſidue & ad omnem adhibebat vſum. Non enim ad beneficia modo poſtulanda, vt vulgò ſit, ſed ad gratulandum, adorandum, laudandum & ſimilia Religionis officia vtebatur. Etenim prout locus, tempusq; admoneret, ingrediebatur mente beatam illam curiam, & ad thronum Sanctæ Trinitatis accedens Patrem rogabat, vt Filio ac ſancto Spiritui benediceret, tum Filio ſupplicabat, vt benediceret Patri ac Spiritui ſancto: ac demque Sanctum venerabatur Spiritum, vt idem Patri benediceret, ac Filio. Intelligebat autem mutuum quandam gratulationem, & quam dicimus complacentiam; deinde Beatiffimam calis Reginam precabatur vt Sanctiſſimam Trinitatem ſuo nomine, aut etiam alicuius à viuis, vel mortuis adoraret: ac rursus Auguſtiſſimam Trinitatem, vt B. Virgini benediceret, pro omnibus donis, qua per eam in terras deriuantur: tum ad Angelorum, caterorumq; caelitem ordines ac choros adiens, preſtabat quodammodo, vnumquemque pariter rogans, vt pro ſe, aliſiſſe Deo, aut B. Virgini, aut alteri Sanctorum, gratiarum actiones, aut aliud genus honoris perſoluerent. Alterum genus orandi erat, ex percurrendis præcipuis vita Domini neceſſiq; myſteris, qua ad præſens tempus ſcienter ac commodabat: perq; ea deinceps ſingula Sanctiſſimæ Trinitatis perſonas, caliteſq; omnes obteſtabatur. Tertium genus ſumebat è ſumma Chriſtiana doctrina, vt De præceptis & Eccleſia, vt Fidei capitibus, vt peccatis ſeprem principibus, contrariisq; virtutibus, vt pietatis operibus, quinque item humani corporis ſenſibus: & tribus animi facultatibus; hæc ordine recolens. Ipa rerum varietas, variis ſuggererat affectus: & nunc venia petitiones, nunc donorum poſtulationes, nunc actiones gratiarum, non pro ſe tantum, ac viuis, ſed etiam pro vniſunctis addebat, rogans Deum, vt condonaret eis quidquid adhuc ex primo deberent præcepto, quicquid ex ſecundo, itemq; in cæteris; quidquid in ſuperiora peccauerint, nec dum deletum ſit: quidquid oculis, aut auribus, quidquid in operibus miſericordia, in artibus Fidei, & in virtutibus, quibus adipiſcendus negligenter inſtiterint. Hæc precandi tres forma erant Fabri perſamiliares. Incidit quoque in librum quendam B. Gertrudis, vnde variam ſe fatetur orandi ſyluam inagno ſuo commodo comparafſe. Sed admirabilem in hoc genere varietatem ſuppeditabat, ipſa temporum, ſeriarumq; varietas, cum aut varia Redemptoris noſtri myſteria, aut Sanctorum Martyrum neces, ſolemni religione recurrerent. Quæ pietatis viſiſtudo guſtum in eo quendam auiditatemq; velut in epulis remouebat, vt nunquam ex vſu, nunquam impellente conſuetudine, vel ad contemplationem, vel ad ſacroſanctæ Liturgiæ myſteria, quod plerique parum conſideratè, cogitateſq; faciunt, ſed quotidie nouus, quotidie recens accederet. Nec ſere vnquam in ſolâ conſiſtebat rerum contemplatione, ſed ad actionem referebat & auxilia proximorum. Ac proſtebatur in meditationis quiete, plus ſibi incunditatis, ſucciſq; ſolidi aſſuere ex agenâ cum Deo atque



atque celestium mortalium causis, quam ex rerum consideratione aletissimarum, si ab omni eam vel vivum vel mortuorum vitiositate seingeret.

His pietatis affectibus in itineris decursu frequentatis, non contentus Faber, etiam in divitiis erat similis sibi. Nam, ut scribit Orlandinus lib. 2. cap. 4. eius vita: In hospitibus ei mos erat primo suo ingressus singulis in cubitulis genu sterno precem fundere: & conclavia cuncta, omnemq; angulum, tum ad abigendos impuros spiritus, qui hunc aërem obsident, tum ad arcendam aëris inclementiam piâ precatione lustrare: memineratq; in suis precibus eorum etiam qui in domiciliis illis vel habitassent aliquando, vel in posterum habitarent, ne quid eorum animi illa officeret habitatio. Quin & vicinorum Angelos contra eisdem spiritus implorabat, præsertim eos, qui non tam rectis essent infestis, quam corporum pudicitia, addebat & sanctorum hominum conciliationem, præcipue qui colerentur proximis templis: ut perbeati sibi videri possent, qui deinceps tam expiatis & procuratis adibus vrentur.

Hoc & aliis primis nostris Patribus dum Patris Venetias ad Ignatium pergerent in more erat, ut author est Orlandinus lib. 1. hist. Societ.

num. 111. Diversorum introitibus prima erat præcandi cura: eadem excurrentibus. Introitus plenus erat gratulationis, & laudis: quod eò incolumes appulissent: ritibus implorationis & precis, ut prosperum iter eis faceret Deus. Fundebant precationem suam ad propositam aliquam Christi seu sanctorum effigiem, nec nisi de genu, hospitibus inspectantibus, suspensiq; de ceruice coronis, Orthodoxæ religionis indicis, ad sanciondam Catholicorum rituum inter hæreticos disciplinam. Sobria erat imprimis mensa, qualis tenuiorum ac pauperum. Porro idem Orlandinus lib. 3. num. 54. Cum vix paululum ex itinere conquiescent, mox ad faciendam Deo verba publicis excitabantur in foris. Quoscunque de Viatoribus nacti essent, opportunè, importunè, ad detestationem vitæ præteritæ, & peccatorum expiationem incendebant.

His ergo modis nostrorum maiorum exemplo à Societatis personis sunt peragenda itinera: & hac ratione Deo & Societati satisfacimus, & finè peregrinationum nostrarum cum magno Divinæ gloriæ incremento assequemur, & peregrinantes externi, hunc peregrinationis modum, in suis peregrinationibus adhibentes, gratum Deo sacrificium offerent.

